

19/5/07



S. 116 : 204

6

ANALECTA CARTUSIANA

EDITORS:

James Hogg, Alain Girard, Daniel Le Blévec

204

"STAND UP TO GODWARDS":

ESSAYS IN MYSTICAL AND MONASTIC THEOLOGY IN
HONOUR OF THE REVEREND JOHN CLARK
ON HIS SIXTY-FIFTH BIRTHDAY

edited by JAMES HOGG

2002

INSTITUT FÜR ANGLISTIK UND AMERIKANISTIK
UNIVERSITÄT SALZBURG
A-5020 SALZBURG
AUSTRIA

RG

S
116
:204

RG - BIBL - ANTW



03 05 0009081 3

monas, analogous to the union of the three Persons in the Trinity, that he also calls *monas*. But this is something that can never be represented in terms of knowledge as we know it: as he indicates in each of his *Gnostic Centuries*, the end is silence.

Visitationes des chartreuses belges

Ad honorem Reverendo John Clark.

JAN DE GRAUWE et FRANCIS TIMMERMANS

Introduction

Dans les archives des pères dominicains de Gand (Grand Béguinage) nous avons trouvé e. a. les rapports des visites de plusieurs chartreuses dont voici la liste:

n° 2797	Anvers	visite de 1780
	Tournai	1773 et 1780
	Gand	1777 et 1780
	Hérinnes	1713, 1777 et 1779
	Bois-le-Duc	1611
n° 2798	Louvain	1596, 1726, 1755 et 1759
	Liège	1778 et 1780
	Nieuport	1777 et 1779
	Orléans	1779

En général, ces *cartæ* sont bien conservées et assez lisibles. Là où certains mots sont illisibles, nous notons (ill.). Parfois des parties de mots sont illisibles: nous transcrivons alors les parties lisibles, complétées par des points pour les parties illisibles. Certains mots sont suivis d'un point d'interrogation (?), parce qu'ils se trouvent ainsi dans le manuscrit, mais sont peu clairs. (mots barrés) signifie que les mots ont été barrés dans le manuscrit et qu'ils sont en général illisibles. Ce qui est souligné dans le texte original, l'est aussi dans notre transcription.

C'est en principe le conviseur qui écrit le rapport. ce qui signifie que nous avons ici les autographes de ces personnages.

Après la transcription très précise et fidèle des *cartæ*, suit un bref résumé de la carte avec les noms des visiteurs, de la date de la visite, la composition de la communauté, les noms des présents et des confesseurs (=biechtvaders, en néerlandais) et un petit commentaire, relatant l'essentiel de la carte.

Nous notons à côté du nom des religieux, les données de notre première (A.C. 28) et de notre prosopographie rénovée (A.C. 154).

Inleiding

In het archief der paters dominikanen te Gent (Groot Begijnhof) vonden we o. m. verslagen van de visitaties van verschillende kartuizerkloosters waarvan hieronder de lijst volgt:

nr 2797	Antwerpen	visitatie van 1780
	Doornik	1773 en 1780
	Gent	1777 en 1780
	Herne	1713, 1777 en 1779
	's Hertogenbosch	1611
nr 2798	Leuven	1596, 1726, 1755 en 1759
	Luik	1778 en 1780
	Nieuwpoort	1777 en 1779
	Orléans	1779.

Over 't algemeen zijn deze *cartæ* goed bewaard en vrij goed leesbaar. Waar woorden onleesbaar zijn, noteren we (ill.). Wanneer soms woorden gedeeltelijk onleesbaar zijn, schrijven we de leesbare gedeelten over, aangevuld door puntjes voor de onleesbare deeltjes. Bepaalde woorden worden gevolgd door een vraagteken (?) omdat ze zo voorkomen in het handschrift maar onduidelijk zijn. (*mots barrés*) betekent dat woorden doorstreept zijn in het handschrift en meestal niet meer leesbaar zijn.

Wat in de oorspronkelijke tekst onderstreept is, is dat ook in de transcriptie.

Het is doorgaans de convisitator die het verslag neerpen, zodat we te doen hebben met een autograaf van deze persoon.

Op de zeer getrouwe transcriptie van de *cartæ* volgt een korte samenvatting van de inhoud van de *carta* met vermelding van de visitatoren, datum van de visitatie, bezetting van het klooster, de namen van de aanwezigen en een kort "commentaar" d. i. wat essentieel in de *carta* staat. We noteren bij de namen van de religieuzen de gegevens uit onze eerste en onze vernieuwde prosopografie.

Brussel - Destelbergen

Januari 2002.

Anvers (3/8/1780 - 9/8/1780)

In nomine ter Sanctissimæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Anno a Nativitate D. 1780 mensis vero Augusti die tertia et sequentibus nos frater Joannes Baptista Luyckx et Benedictus 't Kint humiles priores domorum Bruxellarum et Lovanii Provinciæ Teutoniæ visitatores ordinarii Cartusiam Antverpiensem S. Sophiæ sacrum juxta Statutorum præscriptum visitantes, invenimus eidem per aliquot annos præesse Venerabilem Patrem D. Brunonem Le Comte cujus vitæ rationem pro officii nostri exigentia studiosius investigantes talem esse communi omnium zelatu cognovimus ut in eo et multimodæ probitatis specimen appareat et nihil interim singulari reprehensione dignum occurrat. Enim vere strictissima (Prioris?) sui obligatione permotus et subditorum suorum saluti æque ac propriæ invigilandum esse non ignarus, quidquid regularis observantiæ a suis (ill. « fact... ») quærit, id eos prævio actionis exemplo docere contendit: hujus memor sententiæ Divi Bernardi Sermo vivus et efficax exemplum est boni operis, facile faciens suadibile quod dicitur dum monstratur factibile quod suadetur. Sincerus (?) etiam paternorum (ill. « vis...um ») affectus, placida ipsius Benignitas et parata animi moderatio ita filiorum suorum corda demulserunt ut unanimi fere omnes voce se Pastorem emeritum nactos esse testati sint. Unde merito confidimus quod votis nostris responsura sit regiminis tam prosperi optata continuatio, dummodo talis adhibeatur dilectioni mutuæ circumspectio, ut nullum ex ea detrimentum patiatur monasticæ disciplinæ rectitudo: quapropter eum adhortati sumus, ut gregis sibi crediti recte gubernandi documentum desumeret ex Zacharia propheta dicente: assumpsi mihi duas virgas unam vocavi decorem et alteram vocavi funiculum et pari (?) gregem; ut videlicet erga bonos ac dociles virga quidem decoris, amoris utique et clementiæ utendo, dissolutiones vero minusque morigeros virga funiculi paternæ neminem correctionis severitate coercendo, omnes boni pastoris partes perfecte impleret. Vitiis ergo subnascentibus omni pusillanimitate semota zelanter se opponat et sollicitè curet ne vel minimarum rerum quas statuta observandas præscribunt præsertim ad cultum Dei pertinentium, neglectum in ullo deprehendatur, atque ideo in servandis ad unguem sub divino vel sacrificio, vel officio sacris ceremoniis omnes tam exacte instruere suo etiam exemplo studeret ut nihil quoad illas aut incuria sua prætermisum aut minus convenienter actum (ill.) quispiam objicens (mot barré) deberet, quo certi modo desideratum suæ vigilantæ fructum collegere, eundemque Pastorum principi, rigidam aliquando creditarum ovium rationem exactu..., offerre cum fiducia poterit (*mots barrés*) nostris consiliis libenter annuensi injunximus, ut præter scrutiniî pensum unam de sanctissima Trinitate missam legeret, unam sibimet in privato disciplinam infligeret, et in officio suo, a quo absolvi petiit, permaneret ad ordinis voluntatem. Conventualium (*mots barrés*) mores formamque vivendi diligenter ac in lucerna perscrutati gaudentes fatemur, spersa præteritæ visitationis tempore monitionum nostrarum semina, fructus protulisse non modicos. Ab assidua enim die noctuque chori frequentatione fere omnes æquali laude commendabiles cum

psalmista ovantes canunt: tota die et tota nocte surgebam ad confitendum nomini tuo Domine. Unde illud per Isaiam a Domino dictum ad se referri posse arbitrantur: populum istum formavi mihi, laudem meam narrabit. Verum (ill.) electi populi, istud Cartusiani nomen quanto felicius eos a cæteris distinguit, tanto majorem regulæ observantiam, altiore charitatis gradum et ferventius studium perfectionis ab illis exigere ostendimus. Quid enim prodesset, indui cilicio, humiliari in jejunio animam, propter Deum mortificari tota die? si per Prophetam exprobare posset Dominus: non obtulistis mihi arietem holocausti, nondum propriam voluntatem, sicut vovistis, pro me mactatam conspicio, Et victimis vestris non glorificastis me, idcirco nempe quod pacificæ non essent, nec fraternæ dilectionis oleo conspersæ. Ea propter illos adhortati sumus, ut, licet magna pacis turbatio non sit, nec nisi præcipites animi motus, sive ex proprii sensus tenacitate, sive ex petulantis linguæ, quæ dissentionum fæcunda parens est, nimia volubilitate inter aliquos quandoque exurgant, attenderent eundem in solo tenuis (ill.) sibilo, et non in commotione Dominum ab Elia fuisse inventum. Præterea intelleximus, quosdam silentii ac solitudinis tædio affectos, nimiam cum sæcularibus familiaritatem captare mundanis rumoribus, aliave vana confabulatione pretiosum tempus insumere, sacras sub divinis officiis cæremonias vel negligere vel perfunctorio, atque indebito modo exercere (psalmodiam vitiosa subinde festinatione expedire) qui defectus quamvis ex humana committi fragilitate dicantur; tanto vigilantiori cura emendandi sunt, quanto strictiorem de sublimi sua vocatione rationem reddituri, immaculatos sese sanctosque coram Domino exhibere tenentur; dicente divo Bernardo: Religiosorum tam excellens est conditio, ut ea, quæ in cæteris Ecclesiæ membris non notantur ad culpam, in ipsis tamen illicita reputantur. Humanum quidem est cadere, sed statim post lapsum resurgere, et mentem infirmæ carnis pondere depressam per quotidiana proposita ad justitiam exigere, sicut semper gloriosum, ita et necessarium esse demonstravimus. His itaque adhortationibus nostris obtemperantes jussimus unam de Beata Maria Virgine missam legere, binas in capitulo de manu Præsidentis disciplinam accipere, et officiales in sua functione perseverare ad ordinis voluntatem.

De unico, qui in hac domo superest, Fratre Donato nihil prorsus, quod reprehensionem nostram mereretur, audivimus, neque ullus adversus ipsum sinistro sermone locutus est, quin imo pacificum omnes, humilem ac pium, et in suo ministerio diligentem denuntiarunt, proinde hortati eum sumus, ut in bono impigre et incessanter pergat, repositamque sibi pro laboribus suis in cælis coronam, fideli perseverantiæ studio adipisci conetur. Utque ad hanc facilius, Deo juvante, pertingere valeat, jussimus ut unum Beatissimæ Virginis Mariæ Rosarium legeret, præter alteram in agnitione culparum impositum.

Ordinationes præcedentium visitationum confirmamus. Deputati ad confessiones audiendas sunt VV PP Josephus Broeckaert, Vicarius, Bruno Lyst coadjutor et Bernardus Morren Procurator. Status domus referente Patre Procuratore talis est: sunt in ea connumerato V.P. Priore, Monachi octo, quorum unus propter amentiam inclusus, novitius unus, frater donatus unus, famuli domestici quinque.

Pauca debentibus multa debentur.
In quorum fidem præsentibus subscripsimus et parva domorum nostrarum sigilla apposuimus præfati mensis die nona anno quo supra
frater Benedictus 't Kint

(au verso: Charta Ds Antverpiæ, 1780, 9^a Augusti)

Visitor: Joannes-Baptista Luyckx, prior van Brussel (Pros. 1859; PR BxM114)
Convisitor: Benedictus 't Kint, prior van Leuven (Pros. 333; PR LoM017)
Visitatie: van 3/8/1780 tot 9/8/1780
Bezetting van het klooster: 8 monniken (waarvan 1 dement), 1 novice, 1 donaat en 5 knechten.
Prior: Bruno Le Comte (Pros. 382; PR ChM032).
Vicarius: Josephus Broeckaert (Pros. 1886; PR AnM034), biechtvader
Procurator: Bernardus M. Morren (Pros. 358; PR AnM013), biechtvader
Sacrista: Silvester Thys ? (Pros. 2586; PR AnM041)
Coadjutor: Bruno Lijst (Pros. 407; PR AnM014), biechtvader
Monniken: Dionysius vanden Eynde (Pros. 741; PR AnM017)
Joannes-Carolus de Lœuss ? (Pros. 1874; PR AnM033)
Jacobus Vervæet (Pros. 1302; PR AnM027), geïnterneerd bij de Alexianen/interné
Novice: Anthelmus Laenen (Pros. 61; PR AnM003), professie op 26/8/1780
Donaat: Joannes Boeren (Pros. 1407; PR AnC002) (convers ?)

Commentaar:

De prior wordt door iedereen goed aanvaard.
Zeer goede verhouding onder de monniken, ze moeten echter vermijden met buitenstaanders te praten en zich beter toeleggen op het Opus Dei.
Zeer toegewijde donaat.

Ordinatio: geen.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 8 moines (dont 1 dément), 1 novice, 1 donné et 5 serviteurs

Le prieur est accepté par tous.

Très bonne entente entre les moines, ils doivent cependant éviter de parler aux personnes étrangères et mieux s'appliquer à l' Opus Dei.

Excellent donné.

Ordinatio: aucune.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 8 Mönche, wovon 1 geistesgestört, 1 Novize, 1 Donat und 5 Knechte.

Der Prior wird von allen gut akzeptiert.

Sehr gute Verständigung unter den Mönchen, sie müssen jedoch vermeiden mit Fremden zu sprechen und sich besser auf das Opus Dei zulegen.

Sehr guter Donat.

Ordinatio: keine.

Comment:

Members of the community: 8 monks, of which one is insane, 1 novice, 1 donate and 5 servants.

The prior is well accepted by all.

Very good understanding among the monks, but they should avoid speaking with strangers and concentrate their efforts on the Opus Dei.

Excellent donate.

Ordinatio: none.

Tournai
(11/2/1773 - 17/2/1773)

In nomine ter sanctissimæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.
Anno Domini Incarnationis 1773 Die vero mensis february 11 et sequentibus Nos humiles fratres fr. Bernardus Degruison Prior Domus B. Mariæ de doloribus Provinciæ Picardiæ visitator ordinarius fr. Eduardus Provenchere prior domus Duaci in collegam assumptus; expletis pro electione novi prioris in domo Vallis S. Petri quæ muneris nostri erant, gressus nostros ad domum Montis S. Andreae juxta Tornacum direximus; prosperum autem iter nobis faciente Domino ad eam sine mora divertimus; promissis igitur dictæ diei præmittendis eam in lucernis scrutati sumus et de Venerabili multum in Christo Patre Domino Ignatio Bertin a Prioratu domus S. Audomari Priore huius domus nuper editi Capituli Generalis auctoritate instituto multa laude digne unanimi suffragis dicta sunt nobis; cædili sibi gregis forma factus ex animo regularis observantiæ semitas fortiter tenere exemplo docet et vivæ vocis confirmat oraculo. In choro diu nocteque assiduus Dei laudis ferventer et cum omni modestia persolvit. Discretus et prudens gressus suos pro domus necessitate et utilitate dirigit, et curat de bono nomine. in claustris ac cellæ custodia plurimum occupatus sedens ad se accedentes benigne suscipit, cella clausos etiam visitans, sanis sermonibus ac prudentibus consiliis fraternæ Pacis vincula magis ac magis conserere nititur. Omnibus denique debitorem se conspiciens cunctos pari mentis affectu prosequitur, unde fit ut omnium pene suorum venerationem in se provocat et affectum. Fausta igitur ex tam laudabilibus initiis augurantes sanctarum instituti nostri legum vigorem sub eius regimine intuito positum esse fiducialiter speramus unde venerabilem Pastorem obnixè deprecari sumus, ut occurrentibus difficultatibus non cedens sua se autoritate contra quosdam pro muro opponat donec acquiescentes sanis sermonibus, regularis disciplinæ essentiam teneant et formam, atque ita crediti sibi ministerii fidelis dispensator inventus a Domino audire mereatur: Euge serve fidelis, intra in gaudium Domini tui pro defectibus suis quas humiliter agnovit unam illi de S. Trinitate Missam celebrare injunximus ultra injuncta in recitatione scrutinii atque in officio suo a quo absolvi petiit remanere præcipimus ad voluntatem ordinis ac Reverendi Patris. Claustralium deinde conservationis normam intuitu supernæ vocationis suæ gratiam multa cum cum humilitate ac gratiarum actione recogitare electionemque suam per condigna opera certam facere nituntur. Pene enim omnes laudabili divini officii desiderio accensi ad Ecclesiam certatim confluant et vocis suæ tributum pro viribus solvere perhibentur, nec ad decorem angelicæ huius functionis quidquam addendum putaremus, si una eademque gravitate secluso præcipitationis prurita perageretur jugiter. Solitudinis utilitatem, silentii bonum sacris orationibus, piis lectionibus et honestis laboribus comprobantes divini susurri venas interna cordis aure suscipere se præparant, unde dissidiæ inter illos non nisi rarissima nec æmulationes nec rixæ; fraternæ Pacis jura servant, superiori honorem tribuunt et sæcularium frequentiam non requirentes in sancta pace requiescere festinant; sed non in omnibus hac sapientia quidam enim licet pauci adhuc deorsum depressi ad altiora contendere pigritant, et

votorum suorum quibus Deo et ordini se adstrinxerunt, non sat memores, quæ modestiæ sunt, silentii ac pacis satagere constanter levitatis amore non contendunt. Corruptos igitur in Spiritu mansuetudinis, ab his tandem supersedere monuimus, si Dei et ordinis censuram declinare voluerint. Qu ... ut primi constantius teneant et illi facilius assequi possint, et pro defectibus quas humiliter agnoverunt, unam celebrantibus de Beatissima Virgine Maria celebrare Missam, non celebranti septem psalmos pœnitentiales recitare, et in proximo sequenti Capitulo de manu Præsidentis unam singulis disciplinam suscipere injunximus præter imposita in recitatione scrutinii, officialibus etiam ab officiis suis absolvi petentibus in eis remanere diximus ad voluntatem ordinis ac Reverendi Patris.

Quinque etiam fratrum donatorum inquisitione facta, illos a laudibus, quas in præcedenti visitatione meruerunt non recessisse cum gaudio reperimus, in obedientiis enim sibi commissis strenui ac fideles, superioribus obedientes, monachis honesti, humiles ad invicem et mansueti dicuntur. divinis pro consuetudine domus officiis diligenter intersunt, et pia devotione frequentes mensæ Domini participant. Hos hortati sumus ut Sancti Spiritus fervore concepto ulterius contendant, et cælesti huius pabulo singulis dominicis diebus refecti et confortati merita meritis cumulare et arrepti propositi bravium feliciter consummare valeant. quod ut adsequantur et pro defectibus quos humiliter confessi sunt unum illis Rosarium B. Virginis recitandum injunximus ultra injuncta in recitatione scrutinii.

Ordinationes ac monita visitationum præcedentium confirmamus.

Deputati ad confessiones audiendas sunt Domnus N. etc

Status huius domus referente Venerabili Patre Procuratore talis est. Sunt in ea computato venerabili Patre Priore Monachi duodecim quorum unus extra conventum, fratres donati quinque, postulans unus, famuli quatuordecim, equi ad aratrum octo, ad sellam unus, pulli equini tres, asinus unus, ovium capita centum viginti quinque, vaccæ sexdecim, juvencæ sex, tauri tres, porci quinque; computa quotannis reddita fuere, frumenti, vini et oleo sufficiens provisio, pauca debentibus plura debentur.

in quorum fidem subscripsimus et sigilla domorum nostrarum apposuimus.

Mensis februarii die septima decima anni qui supra

Visitor: Bernardus Degruison, prior van het kartuizerklooster van Boutillerie, Rijssel.

Convisitor: Eduardus Provenchère, prior van het kartuizerklooster van Douai.

Visitatie: van 11/2/1773 tot 17/2/1773.

Bezetting van het klooster: 12 monniken, waarvan 1 buiten het klooster, 5 donaten en 14 knechten

Prior: Ignatius Bertin (Pros. 1192; PR HFM048).

Vicarius:

Procurator: Godefridus Urbain (Pros. 839; PR ToM054)

Sacrista:

Coadjutor:

Monniken: Andreas Fiefvet (Pros. 111; PR ToM008)

Benedictus Ryckx (Pros. 330, PR ToM025) zwakzinnig (déficiência mentale)

Bernardus Boucher (Pros. 343; PR ToM027)

Bruno David (Pros. 386; PR ToM030)

Franciscus Lebeau (Pros. 672a; PR ToM047)

Godefridus Marchant (Pros. 832; PR ToM053) in Rijsel ? (à Lille ?)

Jacobus-Martinus Wautiez (Pros. 1314; PR ToM080 en ToM119)

Joachim Mortelette (Pros. 1317; PR ToM082)

Joannes-Baptista Baudouin (Pros. 1850; PR ToM111)

Michael-Philibertus Denetière (Pros. 2177; PR ToM136)

Petrus Dereck (Pros. 2354; PR ToM145) Gosnay ?

Novice: -

Postulant: -

5 donaten: Jacobus Gabriel Chantry (Pros. 1313; PR ToC003) (convers ?)

Andreas Fieret (Pros. 111a; PR ToD004)

Bruno Prevost (Pros. 418b; PR ToD010)

Josephus Corrière (Pros. 1895; PR ToD034)

Petrus Wallet (Pros. 2453; PR ToD043)

Commentaar:

De prior werd onlangs door het generaal kapittel (1772) van prior van St-Omer tot prior van Chercq (Doornik) benoemd. Zeer geliefd en degelijke prior.

Er heerst een goede verstandhouding tussen de monniken en ze zijn toegewijd aan hun roeping.

Geen enkel slecht woord over de donaten.

De namen van de biechtvaders worden niet genoemd.

Er zijn 8 werkpaarden, 1 zadelpaard, drie veulens, 1 ezel, 125 schapen, 16 koeien, 6 kalveren, 3 stieren, 5 varkens en voldoende graan, wijn en olie.

Ordinatio: geen.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 12 moines, dont 1 à l'extérieur du monastère, 5 donnés et 14 serviteurs.

Il y a peu le chapitre général a nommé le prieur à Chercq, précédemment il était prieur à St-Omer. Très bon prieur, apprécié par tous.

Bonne entente parmi les moines, ils sont entièrement dévoués à leur vocation.

Aucun reproche au sujet des donnés.

Les noms des confesseurs ne sont pas mentionnés.

Le monastère possède 8 chevaux de trait, 1 cheval de selle, 3 poulains, 1 âne, 125 moutons, 16 vaches, 6 veaux, 3 taureaux, cinq cochons et du blé, du vin et de l'huile en suffisance.

Ordinatio: aucune.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 12 Mönche, wovon einer ausserhalb des Klosters, 5 Donate und 14 Knechte.

Es herrscht eine gute Verständigung unter den Mönchen und sie sind ihre Berufung völlig zugetan.

Kein schlechtes Wort über die Donate. Die Beichtväter werden nicht genannt.

Das Kloster besitzt 8 Arbeitspferde, 1 Reitpferd, 3 Fohlen, 1 Esel, 125 Schafe, 16 Kühe, 6 Kälber, 3 Stiere, 5 Schweine und genügend Korn, Wein und Oel.
 Ordinatio: keine.

Comment:

Members of the community: 12 monks, of which one stays outside the monastery, 5 donates and 14 servants.

Good understanding among the monks, they are devoted to their vocation.

There are no negative remarks about the donates.

The names of the confessors are not mentioned.

The monastery possesses 8 draught-horses, 1 saddle-horse, 3 foals, 1 donkey, 125 sheep, 16 cows, 3 bulls, 5 pigs and sufficient corn, wine and oil.

Ordinatio: none.

Tournai
 (6/6/1780 - 10/6/1780)

In nomine ter sanctissimæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.
 Anno Reparationis humanæ 1780, Mensis vero Junii die 6a et sequentibus nos fr. Joannes Baptista Luyckx et Benedictus 'T Kint humiles priores domorum Bruxellarum et Lovanii, visitatores provinciæ Teutoniæ ordinarii ad biennemem visitationum sollicitudinem ex muneris nostri obligatione converti primo omnium ad Domum Montis Sancti Andree juxta Tornacum defleximus, ut eandem utpote a postremo Generali Capitulo huic Provinciæ incorporatam, post elapsam ab ultima visitatione triennium, ad formam Statutorum perlustraremus; qualis nimirum sub V.P.D. Ignatio Bertin a quibusdam annis Priore sit etiamnum Regiminis dispositio; et deprehendimus eum sua industria vigilique sollicitudine eo deducere utrumque hujus domus statum ut tam in temporalibus quam spiritualibus illam æqualiter excellere curet. Verum cum minime ignoret potioem sui muneris partem, esse curam animarum, cum pro illis strictam aliquando rationem Deo redditurus sit, præcipua et majori negotiorum parte in Patris Procuratoris humeros rejecta, unus et totus in hoc intendit, ut dilectus filiis suis non corporale tantum, sed et spirituale cum primis tum privatis colloquiis, tum publicis exhortationibus, pabulum subministret, cujus sermones illorum pectoribus eo profundius inhærere debent, quod nihil consulere, suadere, vel præcipere perhibeatur quod prævio ipse religiosæ conversationis exemplo imitandum non doceat: adeo, ut tam in assidua diurna pariter ac nocturna, nisi obstant negotia, divinorum officiorum frequentatione, quam omnium aliarum regularium observantiarum executione vix sibi patiatum parem. Unde futurum speramus ut ope supernæ gratiæ adjutus, suorum corda subditorum, etiam minus flexibilium processu temporis feliciter quocumque cupiverit, inflectat, atque ad exactam regularis disciplinæ custodiam sensim pertrahat, accedente præsertim singulari quadam erga omnes affabilitate, animique candore, quibus naturæ dotibus neminem non invitatur, ut sua quisque communicaturus arcana, eum confidenter adeat. Monuimus interim, ut religiosæ observantiæ vigorem, nimia mansuetudine debilitari nulla umquam modo permittat, ut totius familiæ actionibus invigilans, nihil a conventualibus contra statuta vel ordinationes, nil a fratribus et domesticis contra morum honestatem, mutuamque unionem ac pacem agi impune patiatum, excessus enim et culpas, si quæ in aliquo deprehensæ fuerint, charitate media corrigendas esse diximus, Charitas autem, juxta Divum Bernardum, pie solet sævire, patienter irasci, humiliter indignari, irascitur et amat, sævit et tranquilla est. Nostris annuatim consilii jussimus præter scrutinii debitum unam Sanctissimæ Trinitatis Missam celebrare, unam sibi in privato disciplinam infligere, et in officio Prioratus, a quo absolvi petiit, permanere ad ordinis voluntatem.

Monachorum autem conversatio, quæ in cælis, juxta mellifluum Doctorem jugiter esse debet, an talis hic reperiretur, et an morum integritas, internique hominis dispositio cum Status sui magnitudine concordarent, postquam sedulo inquisivimus; plerosque sicut in præterita invitatione pluribus ex titulis laudabiles, et Beati Patris nostri institutis, Spiritui, moribusque conformes

invenimus; acceptorum imprimis desuper beneficiorum memores quotidianis ad quas alacriter conveniunt. Laudibus grates Deo continuas exolventes, Angelorum ad instar, interna jubilantis Chori delectatione dilatati, cœlestis, ad quam aspirant, Patriæ delicias, quodammodo prægustare videntur. Intra cellarum latibula antiquorum Patrum exempla, tamquam potissima ad omnigenas Virtutes incitamenta meditantibus, præclaris illorum inhærere vestigiis tutissimum arbitrantur, ideoque jejuniis et orationibus contra rebelles domesticos hostes, est experti athletæ constanter dimicare, et quidquid legi mentis contrarium in semetipsis experiuntur, illico rationis et exercitalæ Virtutis aculeo mortificare contendunt. Cum vero nihil sit ex omni parte beatum, unum alterumve in militia spirituali languidiorem reperimus, quos monuimus, ut quantocius se erigere, et præcurrentes in Sanctitatis stadio confratres renovata æmulatione assequi miterentur; præsertim ut solitudinem et silentium, has duplices regulæ nostræ bases, hæc duo Cartusianæ perfectionis adminicula, veluti suæ salutis media æstimantes, studiosius imposterum venerarentur. proinde nostrum esse judicantes convenientia cujusque constitutioni adhibere medicamenta, quibus spiritualis sanitatis vigor, et robustis conservaretur, et redderetur infirmis, hos ad seriam defectuum suorum emendationem, illos vere ad laudabilem in bono proposito perseverantiam adhortati omnes sacro calcari compulimus, ut ad sectandam status sui necessariam perfectionem disponerent in cordibus suis ascensiones, quibus proficientes de virtute in virtutem, ab hoc monte tolli tandem mererentur in montem Sion, quo contendere proponentibus injunximus singulis ultra scrutinii pensum, unam de Beatissima Dei Genetrice Missam celebrare, non celebrantes septem psalmos pœnitentiales cum Litaniis persolvere, et binas in capituli festis de manu Præsidentis disciplinas accipere, et officiales in suis functionibus perseverare ad superiorum voluntatem. Quantum ad Fratres Donatos attinet, pauca in illis, quas censoria nostra virgula digna viderentur, occurrerunt, vix enim ullas de ipsis querulas audivimus, saltem quæ gravioris alicujus momenti forent, satis siquidem erga Religiosos asseruntur obsequiosi, in exequendis obedientiis suis fideles et strenui, uno excepto de majori negligentia et defectu debitæ submissionis notato. Sunt in moribus honesti, et in frequentandis (quatenus commode possunt) divinis officiis seduli, qui itaque mererentur pleniorum a Deo laborum suorum dimissis culpæ mercedem percipere, injunximus, ut unum singuli Beatissimæ Virginis Mariæ Rosarium legerent, ultra alterum in agnitione culparum impositum. Ordinationes præcedentium visitationum confirmamus. Deputati ad confessiones audiendas sunt VV PP Joachim Mortelette, vicarius, D. Bruno David, et D. Godefridus Urbain Procurator. Status domus referente V.P. Procuratore talis est: Sunt in ea, computato V.P. Priore Monachi decem, novitii duo, fratres Donati quinque, famuli domestici quindecim Equi ad aratrum novem, equi pullini duo, asinus unus, vaccæ septemdecim, juvenæ septem, tauri quatuor, Porci viginti duo, ovium capita centum quinquaginta octo, computa quotannis reddita fuere, frumenti, vini et olei sufficiens provisio, Pauca debentibus plura debentur. In quorum fidem præsentibus subscripsimus et parva domorum nostrarum sigila apponimus die decima junii, anno quo supra.

fr. Benedictus T'Kint Prior domus Lovanii
convisitator Provinciae Teutoniae

Visitor: Joannes-Baptista Luyckx, prior van Brussel (Pros. 1859; PR BxM114)
Convisitator: Benedictus 't Kint, prior van Leuven (Pros. 333; PR LoM017)
Visitatie: van 6/6/1780 tot 10/6/1780
Bezetting van het klooster: 10 monniken, 2 novicen, 5 donaten en 15 knechten
Prior: Ignatius Bertin (Pros. 1192; PR HFM048).
Vicarius: Joachim Mortelette (Pros. 1317; PR ToM082), biechtvader
Procurator: Godefridus Urbain (Pros. 839; PR ToM054), biechtvader
Sacrista:
Coadjutor:
Monniken: Bruno David (Pros. 386; PR ToM030), biechtvader
Andreas Fiefvet ? (Pros. 111; PR ToP008)
Anthelmus Durieux ? (Pros. 144; PR ToM013)
Benedictus Ryckx ? (Pros. 330; PR ToM025), dement/déficience mentale
Jacobus-Martinus Wautiez ? (Pros. 1314; PR ToM080)
Joannes-Baptista Baudouin ? (Pros. 1850; PR ToM111)
Michael-Philibertus Dennetière ? (Pros. 2177; PR ToM136)
Novicen: Hugo Ilbert (Pros. 1165; PR ToM065) X 21/11/1780
Petrus Berlemont (Pros. 2324; PR ToM143) X 24/6/1781
Donaten: Bruno Donnez ? (Pros. 387; PR ToC002), convers
Jacobus Gabriel Chantry ? (Pros. 1313; PR ToC003), (convers)
Josephus Corrière ? (Pros. 1895; PR ToD034)
Petrus Wallet ? (Pros. 2453; PR ToD043)
?

Commentaar:

Dit klooster werd door het generaal kapittel van 1780 opgenomen in de Provincie Teutoniae.

Zeer goede prior, zowel voor het spirituele als het tijdelijke.

Geen problemen met de monniken. Er moet evenwel soms een opmerking gemaakt worden qua spiritualiteit.

Geen bemerkings betreffende de donaten, behalve over een die onzorgvuldig en soms ongehoorzaam is.

Er zijn 9 paarden, 2 veulens, een ezel, 17 koeien, 7 kalveren, 4 stieren, 22 varkens, 158 schapen en voldoende graan, wijn en olie.

Ordinatio: geen.

Commentaire:

Le chapitre général de 1780 a intégré ce monastère dans la province de Teutonie.

Constitution de la communauté: 10 moines, 2 novices, 5 donnés et 15 serviteurs
Pas de problèmes avec les moines, sauf parfois une remarque à l'un ou l'autre concernant la spiritualité.

Peu de problèmes avec les donnés, un seul est peu soigneux et parfois désobéissant.

Il y a 9 chevaux, 2 poulains, 1 âne, 158 moutons, 17 vaches, 7 veaux, 4 taureaux, 2 cochons et du blé, du vin et de l'huile en suffisance.

Ordinatio: aucune.

Kommentar:

Das Generalkapitel von 1780 hat dieses Kloster in der Provinz Teutonia aufgenommen.

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 10 Mönche, 2 Novizen, 5 Donate und 15 Knechte.

Keine Probleme mit den Mönchen; ausser manchmal eine Bemerkung im Bereich der Spiritualität.

Wenig Bemerkungen betr. den Donate, ausser einer der nachlässig und manchmal ungehorsam ist.

Das Kloster besitzt 9 Pferde, 2 Fohlen, 1 Esel, 158 Schafe, 17 Kühe, 7 Kälber, 4 Stiere, 22 Schweine und genügend Korn, Wein und Oel.

Ordinatio: keine.

Comment:

The General Chapter of 1780 has transferred this monastery to the Province of Teutonia.

Members of the community: 10 monks, 2 novices, 5 donates and 15 servants.

No problems with the monks, except a few remarks regarding their spirituality.

Few comments concerning the donates, only one is sometimes negligent and disobedient.

The monastery possesses 9 horses, 2 foals, 1 donkey, 158 sheep, 17 cows, 4 bulls, 22 pigs and sufficient corn, wine and oil.

Ordinatio: none.

Gand
(13/9/1777 - 18/9/1777)

In domo Gandensi

In Nomine ter Sanctæ atque individuæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Nos humiles fratres Joannes Baptista Luyckx, et Benedictus t'Kint, domorum Bruxellarum et Lovanii Priores a Comitibus Generalibus deputati ad visitandam inter alias Gandensem Cartusiam præmissis omnibus de jure præmittendis, commissum specialiter munus adjutore Deo adimpleturi, ad eandem incolumes adventavimus Anno post natum mundi salvatorem supra mille septingentos

septuagesimo septimo mensis vero septembris 13^a die, qua comiter nos recepit qui quinto anno domus hujus regimen tractat Venerabilis in Christo Pater D. Martinus Melaerts. Vir plenus quidem vigore et robustus, sed Ischiadis dolore sæpe vexatus, qui interdum ipsi lentus est, interdum nimius, hunc à pluribus annis ferre æquanimiter didicit memor dicti illius Senecæ: dolor imminet, si exiguus est feramus, levis est patientia, si gravis est feramus, non levis est Gloria. Considerat quoque cum Sancto Gregorio, quantum erga nos dispensatione Pietatis agit conditor noster quod morte dignos assidue percutit, et tamen adhuc minime occidit. Intelleximus eum nonobstante temporalium cura rerum, quibus vigilanter superintendit, fidelis instar pastoribus suis oves alimoniis ubertim pascere, nullum officium nullamque partem omittit seduli Patris, hunc errantem arguit, illum languentem extimabat, hos recreat mæstos solatat et erigit. Spectabilem morum gravitatem suavi affabilitate temperans filiorum suorum sibi reverentiam conciliat et amorem, novit expertus animarum Rector diversis subditorum servire moribus, alium quidem blandimentis juxta divum Bernardum, alium increpationibus alium vero suasionibus secundum uniuscujusque qualitatem et intelligentiam urgendo.

Divinis officiis præsertim diurnis, nisi justa subsit absentiae causa, primus semper interest, raro tamen allegatâ infirmitate nocturnis ingens ad illa relinquens frequentioris suæ præsentiae desiderium, ut Clarisonâ suâ voce cantusque peritiâ subditi magis animentur et adjuventur. Sacras cæremonias, quæ cultum Dei splendidiorem augustioremque reddunt, et ipse exacte observat, stricteque observandas commonet, nullum illarum absque piâ patiens indignatione neglectum. Cum igitur nihil nobis relatam sit, quo pastoris hujus forma regiminis merito culparetur, solummodo ipsum exhortati fuimus ut oves ad nutum suum prompte obtemperantes, quæ pabulo communi, seu lacte parvulorum hactenus enutritæ sunt, ad solidiorem evangelicæ perfectionis cibum, quo amplius impingentur, paulatim disponat, zeloque salutis earum avensus, nimia remissione contemptâ ne vel leviozem patiatur disciplinæ relaxationem, quibus annuente mandavimus unam Sanctissimæ Trinitatis Missam celebrare, unam sibi in privato disciplinam infligere, et in officio suo, à quo absolvi petiit, remanere ad superiorum voluntatem.

Exactâ insuper et regulari a nobis habitâ disquisitione de singulorum vitâ et moribus conventualium, comperimus omnes servare unitatem Spiritus in vinculo Pacis. Eph. 4:1 cum omni Mansuetudine cum patientiâ supportantes invicem in

charitate; ita nimirum æmulantes primorum nascentis Ecclesiæ fidelium Sanctitatem, de quâ in actibus Apostolorum multitudinis credentium erat cor unum et anima una.

Ad Divinum officium tam nocturnum quam diurnum omnes audito pulsu festinato properant, atque angelicum illud Ministerium alacriter obeuntes suâ liquidâ voce et concordî cantus modulamine mutuam excitant foventque pietatem, decentem oculorum modestiam, decoramque corporis compositionem in choro servantes se stare in conspectu Altissimi, et Cordibus sursum erectis cæli terræque Regem adorare perspicue demonstrant. A silentii et solitudinis custodiâ satis commendabiles reperti sunt, in secretis cellarum latibulis gustantes quam suavis sit Dominus, dum mens divinæ vacans sapientiæ omni strepitu terrenarum silente curarum in meditationibus sanctis deliciis lætatur æternis.

In Spatiamentis mutuisque congressibus inter se bene conveniunt, et religiosæ modestiæ Legibus imbuti, quidquid dissolutum, quidquid monasticis moribus dissentaneum evitantes, divinæ præsentiam Majestatis ubique et semper reverendam esse se comprobant reminisci. Nullis ergo auditis de illorum conservatione quærelis, vix aliud quidquam nobis superesse judicavimus, quam hortari, ut in communi colloquio frequentior habeatur de spiritualis sermo; Videmus, inquit S. Laurentius Justinianus, agricultores, cum in unum coadunantur, repenti et sine tædio de iis quæ agriculturæ sunt sermocinari, artifices de artificiis suis, mercatores de suis mercimoniis, oratores de suis facultatibus confabulari; soli Dei Servi quæ proprio congruunt Statui audire vel loqui non curant; satagant igitur cælestis verbi semina quæ in meditatione piorumve lectione Librorum avide collegerunt, nutuis inserere cordibus quatenus in tempore opportuno saluberrimos queant fructus omnigenarum proferre virtutum. Cæterum studiosissime caveant ne propter incognitos nobis suos defectus ullatenus sibi blandiantur, attente pensantes sequens Redemptoris nostri monitum cum fueritis omnia quæcumque præcepta sunt vobis dicite servi inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. In humilitate se continere, et de bono in melius, de virtute in virtutem divinâ opitulante Gratiâ progredi proponentibus injunximus præter scrutiniî pensum unam de Beata Maria Virgine Missam celebrare, non celebranti septem psalmos pænitentiales cum Litaniis legere binas de manu præsentis in Capituli festis disciplinas recipere, officialibus in suis officiis permanere.

Deputati ad confessiones audiendas sunt V.V.P.P. Josephus van Rossen vicarius, et Franciscus Libert procurator.

Status domus talis est sunt in eâ connumerato V.P. Priore Monachi novem quorum unus Diaconus; novitius unus; famuli domestici sex: Equi duo:

Pauca debentibus plura debentur.

In quorum fidem præsentibus subscripsimus et minora domorum nostrarum sigilla apposuimus hâc 18^a die Mensis et anni ut supra.

Fr. B.T'Kint Prior domus Lovanii

Concommissarius

Visitator: Joannes-Baptista Luyckx, prior van Brussel (Pros.1859; PR BxM114)

Convisitator: Benedictus 't Kint, prior van Leuven (Pros. 333; PR LoM017)

Visitatie: van 13/9/1777 tot 18/9/1777

Bezetting van het klooster: 9 monniken, van wie één diaken, 1 novice en 6 knechten.

Prior: Martinus Mellaerts (Pros. 2089; PR ALM184)

Vicarius: Josephus van Rossem (Pros. 1922; PR GaM147), biechtvader

Procurator: Franciscus Libert (Pros. 673; PR GaM049), biechtvader

Sacrista: Jacobus Masquillier ? (Pros. 1272; PR GaM090)

Coadjutor:

Monniken: Antonius Coppens ? (Pros. 178; PR GaM010)

Bruno van Heusden ? (Pros. 404; PR GaM033)

Bernardus Pissoet ? (Pros. 362; PR GaM028)

Benedictus Coucke ? (Pros. 318; PR GaM022)

Dominicus Bracke ? (Pros. 564; PR GaM043)

Novice: Philippus Volbrecht ? (Pros. 2504; PR GaM201), x 8/12/1778.

Commentaar:

Martinus Mellaerts is sinds vijf jaar prior. Ondanks ischias problemen, heeft hij zijn communauteit goed onder controle.

De verhouding tussen de monniken is doorgaans goed. De zang is uitstekend.

De wandeling gebeurt zoals het hoort, nochtans moet er vermeden worden over andere dan geestelijke onderwerpen te praten

Het klooster bezit 2 paarden.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 9 moines, dont un diacre, 1 novice et 6 serviteurs.

Martinus Mellaerts est prieur depuis cinq ans. Il dirige bien sa communauté bien en main, malgré qu'il souffre beaucoup de sciatique.

Dans l'ensemble l'entente entre les moines est bonne. Le chant est parfait. La promenade a lieu selon les règles, mais les moines doivent éviter de parler de sujets non religieux.

Le monastère possède 2 chevaux.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 9 Mönche, 1 Novize und 6 Knechte.

Martinus Mellaerts ist seit 5 Jahren Prior; obwohl er sehr stark unter Ischias leidet, führt er seine Gemeinschaft sehr gut.

Die Verständigung unter den Mönchen ist meistens gut, der Gesang ist hervorragend; die Spaziergänge verlaufen nach der Regel, es soll aber vermieden werden über nicht religiöse Themen zu sprechen.

Das Kloster besitzt 2 Pferde.

Comment:

Members of the community: 9 monks, 1 novice and 6 servants.

Martinus Mellaerts has been prior for 5 years and governs the community well although he is afflicted with sciatica.

The understanding between the monks is mostly good. The singing is excellent. The walk proceeds according to the rules, but the monks should avoid talking about not religious subjects.

The monastery possesses 2 horses.

Gand
visite du 23 août 1780

In Nomine ter Sanctæ atque Individuæ Trinitatis Patris Et Filii Et Spiritus Sancti Amen.

Anno Incarnationis Dominicæ 1780, Nos fratres Joannes Baptista Luijckx, Et Benedictus 't Kint, humiles Priores domorum Bruxellarum Et Lovanii Provinciæ Teutoniæ Visitatores ordinarii, Valedicto Fratribus, qui sunt Antverpiæ, Vix à labore respirantes ad Cartusiam Gandensem properavimus, ubi Monachorum animi religiosâ æstuantes æmulatione ad nostræ etiam Visitationis adventum anhelabant, quorum Votis, ne et ipsi minus Chari nobis quam cæteri putarentur libenter Satisfacere cupientes die Vigesima tertiâ mensis Augusti et sequentibus, solitas muneris nostri partes obivimus.

Ac protinus totum domus Statum sagaciter perscrutantes, primum in examinis nostri staterâ habuimus Ven. Patrem D. Martinum Melaerts quibusdam abhinc annis celebri huic Cartusiæ præfectum, quippe qui per varias ordinis functiones ætate procedens, cum nemini videretur in observantiâ regulari secundus, in Priorem a suis hîc exposcebatur.

Corpore nimirum præstans, et sub virili supercilio Sedatus, nec minus alloquio affabilis et sermone potens, morumque gravitate maturus, tantam filiorum suorum mensibus Venerationem impressit, ut unanimi fere omnes suffragio optimi nomen pastoris ipsi jure merito tribuendum fore asseruerint si nocturnis vigiliis interesse sicut diurnis, sique nimium domus egressum, ac superfluum cum extraneis conversationem moderare satageret. Sed auditis, ut par erat defensionis suæ rationibus promptum in eo spiritum esse, carnem vero tam infirmam intelleximus, ut propter nocturnas ægritudines, acutosque subinde dolores, noctu frequentare Chorum, supra suæ aliquando fuisse naturæ vires, nobis constanter asseveraverit. unde non semper cum severiori judicio adscribendum esse culpæ, dum superior à Communi se obligatione interdum subtrahit, sed condolendum potius, et filiali affectu compatiendum, cunctis persuasum esse voluimus. At nihilominus Venerabilis Prior, divino confisus auxilio, non necessarios egressus, et sæcularium Visitationes magis declinare, bonorumque operum non tantum in Capitulo se vivum et Zelosum præconem, sed etiam sectatorem exhibere, eoque exemplo, suos, ut decet præire filios firmiter decrevit, nos etiam in eundem finem sequentia Divi Bernardi Verba ipsi memoranda reliquimus: justitia vitæ in Prælato subditos omnino roborat, ut tanto magis accendantur ad agenda quæ docuit, quantâ certi sunt, eum alia non docuisse, quam fecerit.

Sed et præterea ipsum monuimus, ut religioso animatus Zelo, id quod corporaliter quandoque non posset, patientiâ et oratione suppleret, utque in Corrigendis subditorum defectibus, sicut hactenus semper promptus, ita et deinceps silentii, solitudinis, modestiæ ac pacis observationi invigilare continuaret, unde laudabilem regiminis sui memoriam posteris relinquens repromissam gloriæ Coronam tandem adipisci promereretur, quibus annuentem jussimus unam de Sanctissimâ Trinitate Missam legere præter scrutinii debitum,

unam in privato sibi disciplinam infligere, et in officio suo â quo absolvi petiit ad superiorum voluntatem permanere.

Hujus Cartusiae Conventuales, omnes fere in sua adhuc Juventute vigentes, quos in ultimâ visitatione multiplici ex titulo commendavimus, nunc denuo ob sincerum fraternae Charitatis mutuâq; concordiae Vinculum, ob constantem regularis disciplinâ Zelum, Sanctamque primævi fervoris continuationem laudatos meritissimo gaudio nostra refecisse Viscera gratulabundi testamur. non illos terret leo dissidii lupus inquietudinis nullo modo dispergit, nec huc et illuc discurrere, vel â recto salutis tramite aberrare compellit, sed voci pastoris reverenter intenti, eum quocumque cupiverit, sequuntur, Unde in Choro assidui et alacres, in Cellis quieti, et sacro otio partim, partim et honestis laboribus occupati, et in cunctis morigeri apparentes optimam de se spargunt opinionem. Cæspitantes tamen aliquos in hac viâ licet paucos animadvertimus, qui etiamsi solitudinem, rarius Cellam egrediendo, custodire videantur, nihilominus solitarii nequaquam censendi sunt, ob frequentes cum personis extraneis conversationes, quas etiam tempore divinatorum officiorum in Cellis suis relinquere, et quod gravius usque post horam completorii ibidem detinere non formidant. Alios in frangendo silentio liberiores sub necessariæ locutionis spacie verba sæpe verbis nectere audivimus in spatiamentis de quibusdam majorem exegimus modum modestiam eamque omnibus commendandam duximus velut eximium religiosi hominis ornamentum, quod contra morem aliarum Virtutum, quæ plerumque ab humanis oculis abscondendæ sunt, in proptulo vult a nobis portari Apostolus, tamquam tesseram servorum Dei, dum ait: modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Cæterum cunctis generatim inculcare conati fuimus jugem votorum, quo profitendo fecerunt, memoriam atque ob oculos eis ponere strictissimam eadem fideliter adimplendi obligationem, ut illi, quos conscientia de prævaricatione non remordet, indefesso perfectionis assequendæ studio, divinis sese donis gratos exhiberent, alii vero, minus forsitan sibi bene conscii, seriâ morum conversione præteritæ in divino famulatu tæpiditatis suæ culpas abstergere non differrent. quod facere proponentibus unam singulis de Bma Dei Genitrice Missam, et binas de manu præsentis disciplinas in proximis Capituli festis suscipiendas præter scrutinii debitum injunximus, nullâ officialium factâ mutatione.

Admonitio

Ante decimam matutinam a Conventualibus non admittantur extranei sine expressâ licentia Prioris, et post meridiem congruo tempore dimittantur, quatenus quisque spiritualibus exercitiis debite et convenienter incumbere valeat. monemus Venerabilem Patrem Priorem, ut super hoc invigilet. Deputati ad Confessiones audiendas sunt VV. PP. Josephus Van Rossem Vicarius, et Franciscus Libert Procurator. Status Ds referente Patre procuratore talis est: sunt in eâ connumerato Venerabili Patre Priore, Monachi undecim, famuli Domestici sex, Equi duo, pauca debentibus plura debentur. In quorum fidem presentibus subscripsimus et parva domorum nostrarum sigilla apposuimus anno quo supra, mensis septembris die primâ.

fr B. t Kint

Visitor: Joannes-Baptista Luyckx, prior van Brussel (Pros.1859; PR BxM114)
 Convisitor: Benedictus 't Kint, prior van Leuven (Pros. 333; PR LoM017)
 Visitatie: van 23/8/1780 tot 1/9/1780
 Bezetting van het klooster: 11 monniken en 6 knechten.
 Prior: Martinus Mellaerts (Pros. 2089; PR ALM184)
 Vicarius: Josephus van Rossem (Pros. 1922; PR GaM147), biechvader
 Procurator: Franciscus Libert (Pros. 673; PR GaM049), biechtvader
 Sacrista: Jacobus Masquillier ? (Pros. 1272; PR GaM090)
 Coadjutor:
 Monniken: Antonius Coppens ? (Pros. 178; PR GaM010)
 Bernardus Pissoet ? (Pros. 362; PR GaM028)
 Dominicus Bracke ? (Pros. 564; PR GaM043)
 Philippus Volbrecht ? (Pros. 2504; PR GaM201)
 Petrus-Franciscus Drieghe ? (Pros. 2468; PR GaM197)
 Antonius Le Lièvre ? (Pros. 192; PR AnM006) hospes
 Benedictus Coucke ? (Pros. 318; PR GaM022), gaat naar Leuven in 1780

Commentaar:

Spijts zijn hoge leeftijd en zijn minder goede gezondheid wordt er over de prior veel goeds gezegd. De gemeenschap is vrij jong en komt zeer goed overeen. Enkele *hospites* praten teveel met buitenstaanders, tot zelfs na de completen. Admonitio: vóór 10 uur mogen buitenstaanders niet binnen zonder de uitdrukkelijke toelating van de prior en moeten het klooster verlaten tegen de middag.

Het klooster bezit 2 paarden.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 11 moines et 6 serviteurs. Malgré son grand âge et des problèmes de santé, il n'y a que des louanges au sujet du prieur. La communauté est assez jeune et il y règne une très bonne entente. Certains hôtes s'adressent trop souvent aux étrangers, même après les complies.

Admonestation: Avant dix heures les étrangers n'ont accès au couvent qu'avec autorisation formelle du prieur, ils doivent quitter les lieux avant midi.

Le monastère possède 2 chevaux.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 11 Mönche und 6 Knechte.

Trotz seines Alters und schlechte Gesundheit wird über den Prior sehr viel Gutes gesagt. Die Gemeinschaft ist ziemlich jung und die Verständigung ist gut. Einige *Hospites* reden jedoch zuviel mit Aussenstehenden.

Verwarnung: Fremde dürfen nur mit ausdrückliche Genehmigung des Priors vóór 10 Uhr zugelassen werden und müssen das Kloster bis Mittag verlassen.

Das Kloster besitzt 2 Pferde.

Comment:

Members of the community: 11 monks and 6 servants.

Although the prior is getting old and of fragile health, there is only praise about him.

The community is quite young and the monks get on very well with one another. Some *hospes* talk too much with strangers.

Admonition: Strangers should not have access to the convent before 10 o'clock, except with special permission of the prior and should leave before noon.

The monastery possesses 2 horses.

Herne 1713
(27/2/1713 - début mars 1713)

In nomine ter sanctæ et individuæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen.

Anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo tertio decimo, die vero penultima februarii et sequentibus, nos humiles fratres Claudius de Meschatin et Michael Archangelus Cuvelier Priores domorum Montis Dei et beatæ Mariæ de Doloribus visitatores ordinarii provinciæ Picardiæ et Commissarii ad visitandas Venerandorum Patrum Teutoniæ visitatorum domos una cum Bruxellensi a superioribus Ordinis Comitibus generalibus deputati: optatum operi nobis injuncto finem imposituri, post lustrationes domorum Gandavi et Bruxellarum statim ad domum Capellæ beatæ Mariæ prope Angiam accessimus, cuius habenas a pluribus annis moderatur Venerandus Pater Domnus Josephus Engelgrave Prior et dictæ provinciæ Teutoniæ primarius Visitor: a quo non potuimus audire evidentiâ depopulationis pericula, quibus in autumnno præterito domus fuit exposita, quin ad laudandum incitaremur ex toto corde Dominum qui non deseruit servos suos, sed misericordiam et adjutorium opportunum præstitit confidentibus in bonitate et in potentia Majestatis ejus. De eiusdem vero Venerandi Patris vivendi ac regendi modo inquirentes gaudio ac consolatione non mediocri perfusi fuimus, dum constanti ac unanimi omnium huius cartusiæ incolarum relatione didicimus, cuncta illum boni ac veri Pastoris munia obire, et quamvis aliarum Ecclesiarum, totius nempe sibi demandatæ provinciæ domorum pia sollicitudine gravetur; nihil tamen omittere nihilque negligere quo minus omnes huius sibi specialiter commissæ domus Monachi, ad altissimæ suæ vocationis scopum (perfectionem videlicet) incessanter tendant et de primo, quo durum mundi jugum excutientes, suavi Christi jugo per professionem religiosam humeros summiserunt, zelo ac fervore nihil remittant. Ad id eos hortari solet suis in Capitulo sermonibus, sed præcipue suis valde frequentibus in cellis visitationibus ac monitionibus quibus quasi stimulis in altum defixis corda illorum pungit, urget ac penetrat. Et ut quæ dicit ac sæpius repetit, facere facilius persuadeat, voci suæ vocem virtutis addere solet, dum verbis suis sua iungit exempla, et dum summi Pastoris, qui prius facere incepit quam docere, vestigiis insistens, nihil ab eis requirit, quod fieri posse prius suo exemplo non ostendit, in divinis officiis assiduus; cellæ ac claustrum (quantum domus ac provinciæ negotia patiuntur) amator præcipuus; in vigiliis, in abstinentiis et in cæteris Ordinis observantiis nulli secundus, et in victus parcitate forsitan primus. Utque sua et verba et exempla in suorum cordibus abundantias proficiant, per orationem levat jugiter oculos suos in montes, unde sibi venturum sperat auxilium; necessarium scilicet divina gratia influxum, quo irrigatus eos irriget, ut tamquam terra bona et optima centesimum fructum referant in patientia. Quamvis autem primis veri animarum Pastoris partibus tanta attentione invigilet; posteriorem tamen, temporalium videlicet curam non abjicit, sed ea per se et per quarum Procuratorem sic dirigit, ut ex sagaci ipsius administratione nihil detrimenti in proventibus, sed potius augmenti non modicum domus acceperit.

Venerandum igitur Patrem Priorem nihil neque in spiritualibus neque in temporalibus negligentem sed prudenter et cum multa domesticorum ac extraneorum laude se in omnibus gerentem, non duximus stimulandum, sed Deum deprecati sumus, ut præclaris eius confitibus (?) optimisque consiliis dexter adsit, et quod in filiis perfectæ sanctitatis, in se vero probi animarum Pastoris exemplar instituit, feliciter prosequatur et absolvat. Pro qua gratia promerenda diximus ut unam missam de Sanctissima Trinitate legat, unam sibi disciplinam in privato infligat, et in officio, a quo supplex absolvi petiit, perseveret ad Ordinis voluntatem.

Ad Gregis deinde sive monachorum Statum cognoscendum intenti, vidimus quod omnes velut oves minime errantes suum pastorem agnoscant, audiant, diligant, et quod inter eos nullus fit qui crebras eius visitationes libenter non recipiat; nullus qui admonitionibus aut exhortationibus eius surdas aures præbeat; nullus qui præeuntem et ad amœna semperque virentia perfectionis religiosæ pascua deducentem sequi renuat (?): adeo ut magnam Pastoris et Gregis similitudinem admirantes felicem utrumque, et sub bono Pastore Gregem et cum bono Grege Pastorem pronuntiaverimus, et in eis horum ab ecclesiastico prolatorum verborum veritatem esse completam: qualis Rector civitatis, tales et habitantes in ea. Omnes enim suæ ad religionem vocationis gratiam magni pendentes et correspondere, et vota quæ Deo miserante in professione fecerunt, fideliter reddere satagunt, vixque aliquid quod ad virtutem et ad arrepti propositi perfectionem conducere noverint, prætermittunt. Ad sacra diligentes sunt et continui; concordia ac fraternæ dilectionis custodes sinceri, numquam aut nonnisi parissime factis aut verbis eam tædunt. Cellulæ habitationem amant, silentii leges servant, a mundo elongati corpore, elongatur et mente et in lege Domini meditando die ac nocte, vivendoque sobrie, pie ac juste expectant beatam spem et adventum magni Dei, scientes et a memoria numquam eligentes quod quanto majora receperunt dona, tanto graviora debebunt sustinere justitia, si Domino revertenti et strictam de concessis talentis rationem exigenti, condignum ex eis fructum ostendere nequiverint. Licet ergo non nisi leves in eis defectus adverterimus, eos tamen monuimus, ut hominum qui scrutatur corda et renes, et intuentur, iudicio non fidentes, timeant eum qui scrutatur corda et renes, et jugiter cum Propheta ab occultis suis mundari postulent: quandoquidem ante eum sistendi sint in cujus conspectu ipsæ stellæ non sunt mundæ; et cui cum pateant omnia abscondita cordium antiqua pariter ac novissima, testimonio non indiget alieno ut juste judicet et ut in æternum coronet aut in æternum condemnet. Nostris monitis parentibus et culpas suas clamantibus unam de beata Maria Missam celebrantibus; non celebrantes 7 psalmos pœnitentiales cum litanis et duas omnibus in duobus proximis festis Capituli de manu Præsidentis imposuimus, et officiales in suis obedientiis confirmavimus ad Ordinis voluntatem.

Hos vero qui Gregis ultimum locum tenent, fratres videlicet donatos, tales etiam reperimus, quales fere optare potuissemus. Ad divina namque officia diebus festivis dicti sunt prompti et ad recipienda ecclesiæ sacramenta diligentes. Diligentes etiam renuntiati sunt in laboribus quos pro utilitate domus impendunt, et quos superioribus debitam reverentiam deferant, et inter se modeste et pacifice degant. Cum ergo non sunt (?) qui malum de illis verbum nobis locutus

sit, absit ut nos male de eis loqui velimus, aut illos objurgare aut merita laude privare. Hortati tamen eos sumus, ut suam per bona opera salutem certam reddere studeant et quia inter multos ad cœnam magnam vocari meruerunt, vestem nuptialem, id est charitatem et statui suo convenienter virtutes scilicet obedientiam, simplicitatem et suæ voluntatis abnegationem orando et laborando acquirere contendant; ut cum Rex convivantes inspecturus convivii locum intraverit, non expellantur; sed inter paucos eligi et æternarum epularum participes fieri mereantur. Pro qua gratia, unum eis beatissimæ Virginis Rosarium injunximus præter injunctum in recitatione scrutini.

Deputatus ad confessiones audiendas præter VV Patres Priorem et Vicarium est D. Hugo van Lippeloo, procurator.

Status domus: novem religiosi comprehensio Priore et uno ob amentiam incluso, fratres donati quinque, famuli domestici decem, equi novem, pulli equini 3, vaccæ 10, porci octo.

fr. Claudius de Meschatin prior
et visitator

fr. Michael Archangelus Cuvelier
convisitator

Commissarii deputati
a Capitulo Generali

Visitator: Claudius de Merschatin, prior van Mont-Dieu

Convisitator: Michael Archangelus Cuvelier, prior van La Boutillerie (Lille)

Visitatie: van 27/2/1713 tot begin maart 1713.

Bezetting van het klooster: 9 monniken, 5 donaten en 10 knechten.

Prior: Josephus Engelgrave (Pros. 1904; PR BxM119), biechtvader

Vicarius: Josephus Van Craenenbroeck (Pros. 1896; PR ChM168),
biechtvader

Procurator: Hugo van Lippeloo (Pros. 1170; PR ChM097), biechtvader

Sacrista: Joannes Kelders ? (Pros. 1621; PR ChM141)

Coadjutor: Anthelmus Schoonheydt (Pros. 154; PR ChM012)

Monniken: Petrus Orlemans (Pros. 2416; PR ChM208)

Amandus Claes (Pros. 94; PR ChM013)

Jacobus Van Hamme (Pros. 1252; PR ChM109)

Bruno Fierens (Pros. 392; PR ChM033)

Donaten: Joannes vanden Abeelen (Pros. 1349; PR ChD033)

Adrianus van Bree (Pros. 24; PR ChD001)

Antonius Nimmegeers (Pros. 200; PR ChD007)

Petrus Daniels (PR ChD077)

Petrus Willems (Pros. 2459; PR ChD080)

Commentaar:

Beide visitatoren zijn priors uit de provincie Picardië die optreden in de plaats van de prior van Gent en van Herne.

Prior Josephus Engelgræve bezoekt regelmatig zijn monniken in hun cel en is een goede vader voor hen. Het huis werd in de herfst 1712 erg bedreigd, ondermeer door oorlog.

Er heerst een goede verstandhouding onder de monniken en de bezoeken van de prior hebben een gunstige invloed.

Donaten: geen enkel tekort vastgesteld.

Het klooster bezit 9 paarden, 3 veulens, 10 koeien en 8 varkens.

Ordinatio: geen.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 9 moines, 5 donnés et 10 serviteurs.

Les deux visiteurs sont prieurs dans la province picarde et remplacent les prieurs de Gand et de Hérimnes.

Le prieur Josephus Engelgrave rend régulièrement visite aux moines dans leur cellule et est un très bon père pour eux. En automne 1712 la maison a été menacée, e.a. par la guerre. Il règne une bonne entente entre les moines et les visites du prieur ont une bonne influence sur eux.

Aucune remarque à formuler concernant les donnés.

Le monastère possède 2 chevaux, 3 poulains, 10 vaches et 8 cochons.

Ordinatio: aucune.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 9 Mönche, 5 Donat und 10 Knechte.

Beide Besucher sind Prioren aus der Provinz Picardien und handeln als Stellvertreter der Prioren von Gent und Herne.

Prior Josephus Engelgraeve besucht seine Mönche regelmässig in ihre Zelle, er ist ihnen ein guter Vater. Das Haus wird im Herbst 1712 stark bedroht, u.a. durch Kriege. Die Mönche verstehen sich gut und die Besuche des Priors haben einen guten Einfluss auf ihnen.

Über die Donat gibt es keine Bemerkungen.

Das Kloster besitzt 9 Pferde, 3 Föhlen, 10 Kühe, 8 Schweine.

Ordinatio: keine.

Comment:

Members of the community: 9 monks; 5 donates and 10 servants.

Both visitors are priors in the Province of Picardy and replace the priors of Ghent and Herne.

Prior Josephus Engelgraeve regularly visits his monks in their cell, he is a good father to them. During the fall of 1712 the convent was threatened by wars.

The monks get on well with one another and the prior's visits have a good influence on them.

The monastery possesses 9 horses, 3 foals, 10 cows and 8 pigs.

Ordination: none.

Herne 1777
(14/8/1777 – 22/8/1777)

In nomine Sanctissimæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen.

Anno a Nativitate Christi 1777 die vero 14a Mensis Augusti. Nos humiles fratres Joannes Baptista Luyckx et Benedictus t'Kint, domorum Bruxellarum et Lovanii Priores a postremo Generali Capitulo commissarii ad visitandam Domum Capellæ specialiter deputati munus nostrum, ad quod immerentes assumpti sumus, eo sollicitus aggredimur quod quatuor anni modo elapsi sint, quibus celebris hæc Cartusia secundum ordinis formam ultimo visitata est. Vix mirum, si interim deficientibus speculatoribus superseminasset inimicus homo zizania quædam in medio tritici, si nonnulla vitiorum macula offuscassent virtutum splendorem. Ea nempe est humana inconstantia, ut frustra condantur instituta nisi sint, quorum opera servari curentur; unde incitatur, ut serio exacteque examinemus an Statutorum, et, quæ tum in Comitii Generalibus tum in visitationibus præscriptæ sunt, ordinationum observantia vel vigeat vel intepescat. Vigeat potius stimulante zelo et vigili cura V.P.D. Franciscus Vanden Herrewegen qui pluribus annis hujus Domus Moderatorem agens, talem se exhibuit ut a suis non exigua nobis referri meruerit Probitatis testimonia, ut mitis et benevolens Pater pro unoquoque sibi subdito sollicitus universorum providet necessitatibus, nulli commoda opportuna subtrahit, omnes capitularibus tempestive exhortationibus imbuit, cunctaque juxta singulorum qualitatem ut filios charitatis brachiis astrictos tenet. Illis prorsus dissimilis qui cum austeritate imperant Gregi, Potestatem suam lævitate et mansuetudine temperat, nihil judicans tam utile quam diligi, nihil tam inutile quam non amari. His encomiis vere dignum, digniorem fore arbitramur, si paulo frequentibus se suorum offeret aspectibus, seorsum unumquemque congruis visitantis temporibus, ut, qui comis naturaliter ac mansuetus, subditos ad se totos majori fiducia aperiendos alliceret; difficile quippe dictu est, ait Tullius, quantopere conciliet animos bonitas affabilitasque sermonis, dum alioquin juxta Divum Hieronymum, innocens et absque sermone conversatio quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Suas igitur oves tamquam curator providus pascat verbo, pascat et exemplo, pascat ad disciplinam, ad custodiam, ad orationem. Ita monitum ulterius exhortati sumus, ut, Dei templo convenientibus jam decorato ornamentis, claustrum majus, quod gravibus ærumnis, et acerbis curis integrum reædificavit, paulatim perficiat; in reliquis autem, quidquid evidentem necessitatem excedit evitans, superfluis parcat sumptibus, nimiaque liberalitate inhibita, conservet patrimonium Christi, suo tempore utiliter expendendum. his acquiescentem in officio Prioratus a quo humiliter absolvi petiit confirmavimus, eique ultra scrutinii Pensum injunximus unam de Sanctissima Trinitate Missam celebrandam, et unam sibi met infligendam in privato disciplinam.

Conventualium vitæ rationem scrutati deprehendimus omnes debitam superiori suo exhibere reverentiam, et sincero erga ipsum affici amore quo et ipsi sese mutuo complectuntur; oritur nihilominus quandoque inter unum et alterum aliqua dissensio, et præceps rixa, indeque commoti animi eruptio, quos ideo juxta divum Gregorium admonendos duximus, ut certissime sciant, quia quantislibet virtutibus polleant, spiritualis fieri nullatenus possunt, si uniri per

concordiam renuunt, scriptum quippe est, fructus autem spiritus est Caritas, Gaudium, Pax, qui ergo servare pacem non curat, ferre fructum spiritus recusat. Ad divina officia omnes plerumque satis mature properant, sed non diffiteamur magnopere nos attonitos fuisse, dum tantam, etiam inter Missarum solemniam, vocum dissonantiam percepimus, ut magis inconcinnus clamor auribus nostris instreperit quam regularis cantus; præterea quidam reprehensibiles inventi sunt ob præproperum et perfunctorium psallendi modum, quo cæteri magis ad distractionem et fastidium, quam ad devotionem excitantur; illis ad emendationem proposuimus, quæ synodus aquisgranensis statuit: Psalmi in Ecclesia non cursim et inordinatis seu intemperatis vocibus, sed plane ac dilucide et cum compunctione cordis recitentur, ut et recitantium mens illorum dulcedine pascatur, et audientium aures illorum pronuntiatione demulcantur. Suos per Dei Gratiam emendaturis defectus mandavimus unam de Beata Maria Missam celebrare, binas in proximis capitulis disciplinas de manu Prioris accipere, et officiales suas functiones exercere ad ordinis voluntatem.

Unicus in hac domo superstes existit fr. Donatus, de quo nihil nobis relatum est, quod asperiore correptione dignum foret. In laboribus sibi commissis strenuus operarius, plurimum præsentis tempore domus utilitati deservit, humiliores tamen ab ipso superiorum ordinationi deferentiam, majoremque propriæ voluntatis abnegationem expostulavimus; admonitus etiam fuit, ut suam in frequentandis divinis officiis tarditatem corrigat, denique ad pietatem sobrietatem et exemplarem vitam fortiter incitavimus, ut in sua juventute juxta mentem ordinis efformatus, rectum vitæ cursum teneat, quem in mortis stadio ad animæ suæ salutem consummet, quem ob finem ipsi injunximus unum Beatissimæ Virginis Mariæ Rosarium, præter aliud in culparum suarum agnitione impositum.

Ordinatio

Stricte observari mandamus numerum 11um Capituli 3ii 2dæ Partis Statutorum de arca communi habenda, cujus usum jamdiu neglectum comperimus, quare absque dilatione pecuniæ, quæ ex redemptis capitalibus provenerunt, in arca parata imponi jubemus.

Deputati ad confessiones audiendas sunt V.V.P.P.D.D. Gulielmus De Groot vicarius, Josephus Wafelaerts coadjutor et Anthelmus Van Mulders Procurator. Status Domus referente P. Procuratore talis est: sunt in ea incluso V.P. Priore Monachi professi decem, quorum duo ob amentiam inclusi, fr. Donatus qui supra, famuli domestici undecim, equi quatuor, boves sex, multa debentibus plura debentur.

In quorum fidem præsentibus subscripsimus, et parva domorum nostrarum sigilla apposuimus die 22 augusti 1777.

Visitator: Joannes-Baptista Luyckx, prior van Brussel (Pros. 1859; PR BxM114)

Convisitator: Benedictus 't Kint, prior van Leuven (Pros. 333; PR LoM017)

Visitatie: van 14/8/1777 tot 22/8/1777.

Bezetting van het klooster: 10 monniken, 1 donaat en 11 knechten

Prior: Franciscus Vander Herrewegen (Pros. 670; PR ChM061)

Vicarius: Gulielmus de Groot (Pros. 917; PR ChM081), biechtvader

Procurator: Anthelmus Van Mulders (Pros. 149; PR ChM011), biechtvader

Sacrista:

Coadjutor: Josephus Waefelaerts (Pros. 1929; PR ChM170), biechtvader

Monniken: Andreas Loons ? (Pros. 121; PR ChM010)

Bartholomeus Cromwaghen (Pros. 297; PR ChM027)

Dionysius Luyckx (Pros. 560; PR ChM042)

Ferdinandus-Josephus Bonnevie (Pros. 640; PR ChM054)

Franciscus van Nieuwenhove (Pros. 678; PR ChM062)

Joannes-Baptista Lembrechts (Pros. 1856; PR ChM163)

Donaat: Petrus Bellemans (Pros. 2322; PR ChD075)

Commentaar:

De vorige visitatie gebeurde vier jaar geleden, dus moet men nu bijzonder nauwkeurig te werk gaan. De prior moet de bouw van de kerk en het grote claustrum voortzetten.

De verstandhouding tussen de monniken is doorgaans goed, alhoewel er wel ruzie is geweest, maar deze werd bijgelegd. Aan de zang moet gedokterd worden, want dit laat te wensen over.

De enige donaat is zeer goed maar hij moet trachten de officies regelmatiger bij te wonen.

Het klooster bezit 4 paarden en 6 runderen.

Ordinatio: nr 11 van het hoofdstuk 3 van het 2de deel van de statuten betreffende de geldkoffer moet strikt gerespecteerd worden, dat is nu niet het geval.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 10 moines, 1 donné et 11 serviteurs.

La dernière visite ayant eu lieu il y a quatre ans, il faut particulièrement faire attention. Le prieur doit continuer la construction de l'église et du grand cloître.

Dans l'ensemble l'entente entre les moines est très bonne, malgré une dispute aplanie entretemps. Le chant doit être perfectionné, car il laisse à désirer.

Le seul donné est très bon, mais il doit mieux s'appliquer à suivre les offices.

Le monastère possède 4 chevaux et 6 bovidés.

Ordinatio: le n° 11 du chapitre 3 de la seconde partie des statuts, concernant le coffre d'argent, doit être respecté de façon stricte, ce n'est pas le cas maintenant.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 10 Mönche, 1 Donat und 11 Knechte.

Der letzte Besuch fand vor 4 Jahre statt, es muss also jetzt besonders sorgfältig vorgegangen werden. Der Prior muss den Bau der Kirche und des grossen Claustrums fortsetzen.

Im grossen und ganzen ist die Verständigung unter den Mönchen sehr gut, trotzdem gab es eine Auseinandersetzung, die aber inzwischen beigelegt wurde. Der Gesang muss verbessert werden, da unzufriedenstellend.

Der einzige Donat ist sehr gut, aber er soll sich mehr auf das Beiwohnen der Hochamten zulegen. Das Kloster besitzt 4 Pferde und 6 Rinder.

Ordinatio: Nr 11 des 3. Kapitels im 2. Teil der Statuten, bzgl. des Geldkoffers muss strikt respektiert werden, was z.Zt. nicht der Fall ist.

Comment:

Members of the community: 10 monks, 1 donate and 11 servants.

The last visit was 4 years ago, therefore we must be very attentive. The prior has to continue the building of the church and the great cloister.

In general, there is a good understanding among the monks, although there has been a row, with has been settled. The singing has to be improved, as it is not satisfactory.

The only donate is very good, but he should make efforts to attend the offices more regularly

Ordonnance: n° 11 of chapter 3 of the second part of the statutes, concerning the treasure-chest, should be strictly observed, which is not the case at present.

The monastery possesses 4 horses and 6 cows.

Ordinatio: none.

Herne
(15/9/1779 – 22/9/1779)

In nomine ter Sanctæ atque individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis 1779 mensis vero septembris die 15^a et sequentibus, nos fratres Joannes baptista Luyckx et benedictus 't Kint, humiles Priores domorum Bruxellarum et Lovanii, provinciæ Teutoniæ visitatores a generali capitulo instituti, Domum Capellæ prope Angiam recurrente biennii termino ad formam ordinis visitavimus eidemque Præsidentem reperimus V.P.D. Franciscum Vander Herrewegen, virum qualem hocce tempore habere pro rerum temporalium directione plurimum convenit, tot si quidem ingenii conatu usque modo desudat in reducendis ad meliorem formam ædificiis, ac juxta impositum sibi a statutis onus, ne quid domui deperat, anxie præcavet, non ignarus id omne quod administrationi suæ commissum est, patrimonium Christi esse non suum, cujus districtam Deo rationem a se aliquando reddendam esse sedula consideratione perpendit. Rem vero internam, quæ animarum sollicitudinem tangit, non minori zelo ac vigilantia curat, atque omnibus tam sanis, quam ægris de quacumque re necessaria sollicitè providendo, singulosque in cellis sæpe visitando gratum se cunctis ac amabilem præbere studet, hæc Beati gregorii rectores animarum sapienter informantis monita sequens: debet quisque singulos in quantum valet, instruere, privatis locutionibus ædificare, exhortatione simplici fructum in filiorum suorum cordibus quærere; sed tunc inquit, vere aliis recta prædicamus, si dicta rebus studimus, si nos ipsi divino amore compungimur, et humanæ vitæ, quæ sine culpa transire nequaquam potest, quotidianis lacrymis maculas lavamus.

Hoc revera maximum quod superioribus incumbit salvandarum animarum munus, quod tot etiam visio sanctis metum olim ac tremorem incussit, venerabili huius Prioris animum usque adeo penetrasse visum est ut totis viribus spirituali Religiosorum suorum profectui se allaboraturum socio poponderit cumque ex innata alliciendi et persuadendi facultate comparatum sibi a natura videatur, ut aliorum animos in suam opinionem facile movere queat, confidere licet, quod oves suæ curæ demandatas, si in omni opere bono ac strictæ regularitatis æmulatione ipsis, prout cœpit, prælucere pergat, ad exactam monasticæ disciplinæ observantiam, paulatim sit adducturus. Unde ipsum hortati fuimus ut nihil æque ac suæ suorumque filiorum perfectionis et salutis studium cordi habere velit, animo sæpe revolvens Eutichiani episcopi consilium dicentis: admonemus fraternitatem vestram ut in commissis vobis animabus solerter invigilatis, animarumque magis lucris quam commodis vitæ præsentis intendatis ut omni ea parte susceptum vos condigne gessisse pastoris officium, venturus iudex, cum ad judicandum venerit, debeat approbare, ac interim cum multiplici fructu animas vobis commissas ad pascua æterna adducere et sibi condigne representare adjuvet. Quibus auscultantem moniti jussimus unam de Sanctissima trinitate Missam celebrare, unam sibi in privato disciplinam infligere, et in officio prioratus a quo absolvi petiit ad superiorum voluntatem permanere. Pensa inter conventuales laute examinavimus an omnes juxta concessorum sibi talentorum mensuram dignum vocatione sua fructum referrent, sed non

modicum consolati fuimus percipientes, arrepti eos propositi zelo, sacroque fervore magis magisque accendi, et de virtute in virtutem proficientes, uberiores quotidie ad monasticam perfectionem facere progressus. Attendunt enim claustrum quod inhabitant Domum Dei esse, quam decet sanctitatem, in qua et sine timore de manu inimicorum liberati servire Domino in sanctitate et justitia omnibus diebus strictissime obligantur, nec ignorant divinam esse voluntatem, ut animas suas per bona opera jugiter sanctificent, ut vita quæ libere ultroque voverunt, fideliter reddant, et religiosæ vitæ omnimodam puritatem assequi, cui Deo in silentio et solitudine vacando contendant; eapropter pretiosum temporis spatium quod sibi pro salute operando liberaliter concessum est, orationi, aliisque spiritualibus exercitiis ac ordinato manuum operi prudenter partiri student. Insuper a diligenti divinorum officiorum frequentatione plerosque commendabiles invenimus, at non eadem laus tribuenda est istis, qui requisitas in cantu pausas, debitamque gravitatem, et in finiendo versu æqualem consonantiam observare negligunt quique nimis ante illos currere, chorumque interrumpere licet correpti in postrema visitatione præsumunt; de quo ut amodo se emendant, hæc Petri Damiani verba sæpe ruminanda eis recensuimus: cum, inquit, ecclesiasticis officiis vite credetur. Angelorum semper adesse præsentium, nostramque vigilantiam vel desidiam non modo diligenter attendere, sed et superno iudici cuncta per ordinem nuntiare, quanto putamus adversus nos zelo moventur, dum in conspectu illius nos irreverenter stare conspiciunt, cui ipsi trementes assistunt.

Ipsos præterea commonuimus, ut nemo de se nimium præsumat nesciens an amore vel odio dignus sit, et quique fratrem suum tanquam seipso meliorem reputans, in humilitate sitam esse veram virtutem arbitretur, quibus annuentes iussi sunt unam singuli de Sanctissima Dei genetrice Missam celebrare præter scrutiniū pensum, binas de manu præsentis disciplinas in Capituli festis accipere et officiales ad ordinis beneplacitum in suis functionibus perseverare.

Fratrem donatum corporis debilitare languentem cui nullæ amplius ad laborem vires superesse videntur, exhortati fuimus ut ægritudinis suæ molestias tamquam purgatorium peccatorum suorum remedium æquo animo ferret, piisque orationibus et internis pænitiæ lamentis præteritæ vitæ maculas abluere, et tempus breve, quod sibi, ad reconciliandum se æquissimo iudici, reliquum est, futurorum assidua meditatione expendere non cessaret his Divi Bernardi verbis extimulatus: recole primordia, attende medie, memorare novissima, hæc pudorem adducunt, ista dolorem ingerunt, illa metum incutiunt, cogita unde veneris et erubescere, ubi sis et ingemisce, quo vadas et contremisce. Paternæ admonitioni(?) nostræ obtemperato injunximus pro defectibus, quos humiliter agnovit unum Beatissimæ Virginis Mariæ rosarium præter aliud in scrutinio impositum. Deputati ad confessiones audiendas sunt VV PP DD Gulielmus de Groodt vicarius, Josephus Wafelaerts, coadjutor et Anthelmus Van Mulders Procurator Status domus referente Patre Procuratore talis est: sunt in ea incluso P. Priore Monachi undecim, quorum duo ob amentiam inclusi, frater donatus qui supra, famuli domestici undecim, equi quatuor, boves decem multa debentibus multa debentur

In quorum fidem præsentibus subscripsimus et parva domorum nostrarum sigilla apposuimus die 22a mense et anno quibus supra

fr. Benedictus t' Kint Prior domus Lovanii
convisitator.

Visitator: Joannes-Baptista Luyckx, prior van Brussel (Pros. 1859; PR BxM114)
Convisitator: Benedictus 't Kint, prior van Leuven (Pros. 333; PR LoM017)
Visitatie: van 15/9/1779 tot 22/9/1779.

Bezetting het klooster: 11 monniken (waarvan 2 dement), 1 donaat en 11 knechten

Prior: Franciscus Vander Herrewegen (Pros. 670; PR ChM061)
Vicarius: Gulielmus de Groot (Pros. 917; PR ChM081), biechtvader
Procurator: Anthelmus Van Mulders (Pros. 149; PR ChM011), biechtvader
Sacrista:

Coadjutor: Josephus Waefelaerts (Pros. 1929; PR ChM170), biechtvader

Monniken: Andreas Loons ? (Pros. 121; PR ChM010)
Bartholomeus Cromwaghen (Pros. 297; PR ChM027)
Dionysius Luyckx (Pros. 560; PR ChM042)
Ferdinandus-Josephus Bonnevie (Pros. 640; PR ChM054)
Franciscus van Nieuwenhove (Pros. 678; PR ChM062)
Joannes-Baptista Lembrechts (Pros. 1856; PR ChM163)
Benedictus De Backer (Pros. 310; PR ChM029)

Donaat: Petrus Bellemans (Pros. 2322; PR ChD075), † c. 1780

Commentaar:

De prior zet de werken aan de gebouwen voort. Zoals vroeger bezocht hij de monniken in hun cel wat bevorderend is voor hun geestelijke ontwikkeling. Wat de monniken betreft is alles in orde, maar de zang is nog steeds niet perfect. Dit moet tegen de volgende Visitatie bijgewerkt worden.

De gezondheid van de donaat laat veel te wensen over, hij kan daardoor zijn werk niet meer aan.

Het klooster bezit 4 paarden en 10 koeien.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 11 moines (dont 2 déments), 1 donné et 11 serviteurs.

Le prieur continue la construction des bâtiments. Il rend toujours visite aux moines dans leur cellule, ce qui est bénéfique pour leur évolution spirituelle. Pour ce qui concerne les moines, tout est en ordre, le chant n'est toujours pas parfait; il faut donc que cela soit réglé pour la prochaine visite.

La santé du donné est précaire et il ne peut plus effectuer convenablement son travail.

Le monastère possède 4 chevaux et 10 vaches.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 11 Mönche (wovon 2 geistesgestört), 1 Donat und 11 Knechte.

Der Prior setzt die Bauarbeiten fort. Wie früher besucht er seine Mönche in ihre Zelle, was für ihre geistige Entwicklung sehr fördernd ist. Weiter ist alles in

Ordnung, obwohl die Gesänge immer noch nicht perfekt sind. Dies soll bis zum nächsten Besuch verbessert werden.

Die Gesundheit des Donats ist sehr schlecht, er kann seine Arbeit nicht mehr zufriedenstellend erledigen.

Das Kloster besitzt 4 Pferde und 10 Kühe.

Comment:

Members of the community: 11 monks (of whom two insane), 1 donate and 11 servants.

The prior continues the building works. As usual he visits his monks in their cell, which is of help for their spiritual evolution. Apart from the singing, which is still not perfect, everything is satisfactory. Before the next visit the singing has to be improved.

The donate is in very poor health, he is unable to do his work properly.

The monastery possesses 4 horses and 10 cows.

S. Sophie
(30/10/1611 - 2/11/1611)

In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis Patris et Filiis et Spiritus Sancti Amen. Anno domini millesimo sexcentesimo undecimo, die trigesima octobris et sequentibus.

Nos fratres Joannes et Ghisbertus priores domorum nostræ dominæ de gratia Bruxellis et vallis Gratia Brugis ordinis Cartusienis domum Sanctæ Sophiæ olim extra civitatem Buscoducensem, nunc propter bellorum tumultus intra eandem civitatem, eiusdem ordinis, auctoritate Reverendi in Domino Patris Domni Brunonis Prioris Maioris Cartusiæ nec non Capituli Generalis ordinarie visitantes. Invenimus ibidem congregationem exiguam pro aliqua sua parte utrumque nobis placentem. Et in primis Venerabilem D. Symonem eiusdem congregationis Priorem, a Venerandis Patribus commissariis precedenti visitatione in Priorem præfatæ domus institutum et postea per Generale Capitulum anno 1610 confirmatum, virum suorum iudicio, probum, modestum ac religiosum, in iisque quæ Dei et ordinis sunt exemplarem ac sollicitum: in aliquibus tamen propter corporis valetudinem nonnihil sibi propitius. Quem paterne post pias benignasque admonitiones adhortati sumus in Domino quatenus solerti vigilantia munus sibi impositum fideliter et cum omni sollicitudine impleat; et gregem sibi a domino commissum exemplari sua vita et conversatione tam in alacri divinorum diu noctuque frequentatione, quam in aliis nostri instituti observantiis ad saviorem(?) mentem ac vitam religiosis patrum nostrorum institutis, votisque lab ... ne ... conforme reducat, ut cum domino suo magno cum fervore bonorum operum offerat et ad pascua æternæ vitæ perducatur. Neque umquam ... deficiat et si suave fugum Christi sibi occasione curæ pastorales incumbens, multum sæpe difficultatis, plurimumque quoque amaritudinis habere videatur. Sed plena confidentia, mentis oculis in auctore fidei respiciat, qui proposito sibi gaudio, sustinuit mortem, mortem autem Crucis, ut ovem centesimam a nonaginta longius aberrantes ad caulam reduceret. Hunc igitur in omnibus actibus suis anteponat et signum verissimum: inspiciat ut speculum candidissimum sequatur ut doctorem fidelissimum: qui se totum pro salute suarum ovium obtulit in holocaustum, in nullo sibi partes ut omnes lucrifaceret; hunc semper ... ut onus pastoralis curæ bene inchoatum ad finem perducere valeat salutarem; se in omnibus probeat veræ virtutis exemplum, omnibusque se exhibeat benignum; nihilominus cum oleo dulcedinis, infundere non omittat vinum admonitionis; et si necesse fuerit et duræ increpationis ac disciplinæ salutaris. Necnon est (inquit D. Gregorius) ut cum ... vulnus in subditis corrigendo constringitur, magna sollicitudine discretio ipsa moderetur, quatenus sic iura disciplinæ contra delinquentes exerceat, ut pietatis viscera non omittat. Itaque ad se venientes pie recipiat, clementer exaudiat, paternaliter consoletur, ut consolati ad cellam quietam cum spirituali gaudio redire valeat. Ut ergo omnem charitatis perfectionem fratribus ostendant; volumus ut singulos monachos ad minus semel in quolibet mense visitet et de eorum profectu spirituali diligenter inquiret, eosque tamquam pius pastor foveat, ac in cunctis secundum Deum et nostri instituti rationem discrete eisdem subvenire studeat, et ita in omnibus ipsis provideat, ut una cum eis ad pascua

æternæ irrididatis(?) pervenire valeat. Quæ omnia ut facilius perficiat, dicat præter in recitatione sibi iniuncta duas missas unam de B. Virgine Maria, altera vero pro defunctis et duas in secreto sibi imponat disciplinas. Monachos vero et donatos, considerata humana fragilitate, simul et alienissimi temporis præteriti malitia; et quos propter bellorum gravissimos incursus, civitas in qua modo resident, pro ceteris afflictæ fuerit in qua et mira loci angustia premantur; satis pacifici, licet minus regulariter in multis pro maiori sui parte conversantes invenimus; adeo ut rigor sacri ordinis nec non pristinus ille fervor silentii et solitudinis, magna ex parte velut neglecta iaceat et sileat sicut leges inter arma solent. Quos omnes et singulos, omni qua potuimus instantia hortati sumus in Domino ut relictis periculosis et temerariis negligentis, contra Deum, et sacram professionem suam hactenus commissis recipiant, atque ad cor redeat et sacrum suum propositum fideliter impleant, ac iuxta B. Paulum meliora carismata sertando, corporalibus preferendo spiritualia, terrenis cælestia, humanis divina: Deum præ oculis semper habentes, in omnibus se exhibeant sicut Dei ministros fideles, et operarios inconfusibiles, solitudinis et silentii amatores. Etenim hanc viam solitudines quia detractant intrare plurimi, iusto privatur suavi colloquio Domini suo, et ideo remanent auribus fundi, oculis reri, lingua infantes et muti; corda insuesi et aridi; parum attendentes, et quam nihil curantes horrorem et profunditate iudiciorum Dei. Verum ut hæc non incidant sed omni studio quo possent evitent; auxilium ipsius Altissimi, sine quo nihil et in quo possunt omnia, invocent: quod ut facilius impetrent, sint imprimis unanimes in domo Dei, idipsum sapientes, cum humilitate invicem supportantes, in charitate non ficta se mutuo amantes: Cuius se membra fieri concupiscunt, in eandem imaginem se transformant. Divini igitur timoris stimulo salubriter compuncti, cum metu et tremore per viam mandatorum Dei, et semitas observantiarum sacri Ordinis diligenter incedentes, per ...; si per affectiones sanctas et opere virtuosa in divina dilectione ardeant si caritatis fraternæ, zelique ordinis lumine fulgeant, si moribus indebitis neminem ledant: si exemplari conversatione alios præcedant, si de rumoribus seculi se mundos custodiant. Ad hæc iuvabit, si in divinis laudibus tam in die quam in nocte fuerint alacres, invicem auscultantes equali syllabarum ductum verba cum decenti pausa proferentes: cellam quoque et silentium se diligenter excoluerint, tamquam necessarium fundamentum totius vitæ monasticæ; si denique in spaciamentis stricte observaverint ut simul exeant simul maneant et simul redeant, nec ab oculis perfidentis alibi se proripiant. Tandem eosdem in Domino rogavimus ut patrem suum spiritualem sincere diligant, illius monita benigne suspiciant, et semper in meliorem partem dicta eius et facta similiter et ... interpretentur, ut tandem post fidele servitium(?) mereantur adipisci consortium et hereditatem filiorum Dei, quod ut certius eveniet, dicant singuli præter in recitatione sibi iniuncta duas missas unam de B. Virgine Maria, et alteram pro defunctis et duas in Capitulo a præsidente accipiant disciplinas. Donati vere legant 25 pater noster et totidem Ave maria.

Status domus referente Venerabili Patre priore talis est: sunt in ea 7 monachi incluso P. Priore et quinque donati cum duobus novitiis. Domus utcumque de necessariis provisiva. Pauca debent, plura debentur illis. In quorum omnium fidem

præsentibus subscripsimus et sigilla parva domorum nostrarum apposuimus die 2 novembris anno quo supra

fr. Joannes van Emmechove humilis

fr. Ghisbertus Bauhusius

humilis

prior Cartusie Bruxellis

prior Cartusie Brugensis

Visitator: Joannes van Emmechoven, prior van Brussel (Pros.1522; PR LoM082)

Convissator: Gisbertus van Bauhuysen, prior van Brugge (Pros. 809; PR LoM047)

Visitatie: van 30/10/1611 tot 2/11/1611

Bezetting van het klooster: 7 monniken, 2 novicen en 5 donaten.

Prior: Simon Tapper (Pros. 2606; PR LiM204)

Vicarius: Henricus Amelius (Pros. 998; LiM069)/Joannes d'Antinne (Pros. 1362; PR Lom073)

Procurator: Bartholomeus van Wilsen (Pros. 305; PR LoM015)

Monniken:

Commentaar:

De communiteit heeft zich wegens oorlogsomstandigheden binnen de muren van den Bosch gevestigd, waar zij zeer krap is gehuisvest.

De prior, aangesteld tijdens de vorige Visitatie van 1609, werd door het generaal kapittel van 1610 in deze functie bevestigd. Spijts de vele moeilijkheden doet hij het goed en zo nodig treedt hij op tegen de minder toegewijden Wel moet hij eens per maand de monniken in hun cel bezoeken Deze laatsten en ook de donaten leven er, ondanks de moeilijke en ongunstige omstandigheden, vredevol met elkaar. Tijdens de wandelingen moeten ze samen blijven.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 7 moines, 2 novices et 5 donnés.

A cause de la guerre, la communauté s'est installée à l'intérieur des murs de la ville de Bois-le-Duc, mais elle y est très à l'étroit.

Le prieur, mis en place lors de la visite précédente de 1609 a été confirmé dans cette fonction par le chapitre général de 1610. Malgré toutes les difficultés, il s'acquitte très bien de sa tâche et intervient, si nécessaire, contre les moins appliqués. Il doit visiter les moines dans leur cellule au moins une fois par mois. Ces derniers, ainsi que les donnés, vivent en parfaite harmonie et cela malgré les problèmes inhérents à leur situation. Ils doivent néanmoins veiller à rester ensemble lors de la promenade.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 7 Mönche, 2 Novizen und 5 Donate.

Die Gemeinschaft hat sich innerhalb der Stadtmauern von 's Hertogenbosch niedergelassen, weil Krieg herrscht, dort sind sie jedoch sehr eng untergebracht.

Der Prior, der während des letzten Besuchs in 1609 eingesetzt wurde, wurde durch das Generalkapitel von 1610 in seinem Amt bestätigt. Trotz der vielen Schwierigkeiten erfüllt er seine Tätigkeit sehr gewissenhaft und tritt sogar, wenn erforderlich gegen die weniger fleissigen auf. Wir wollen, dass er seine Mönche ein mal pro monat in ihre Zelle besucht. Diese und auch die Donate leben dort,

trotz der schwierigen und ungünstigen Umständen, in gute Verständigung. Sie müssen jedoch darauf achten, während der Spaziergängen zusammen zu bleiben.

Comment:

Members of the community: 7 monks, 2 novices and 5 donates.

Because of the war, the community has moved inside the walls of 's Hertogenbosch, where they have only very restricted quarters. The prior who has been installed during the last visitation of 1609, was confirmed in office by the General Chapter of 1610. Although the situation is difficult he does his duty well and admonishes those who are not so exemplary. We want him to visit the monks in their cell at least once a month. The latter and the donates live in perfect harmony even though the circumstances are complicated. During the walks they must stay together.

Louvain
(début septembre 1596)

In nomine Sanctæ ac Individuæ Trinitatis Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen. Anno Domini supra sesquimillesimum nonagesimo sexto circa festum Nativitatis gloriosæ Virginis Mariæ. Nos fratres Petrus de Leon humilis prior domus Cartusiæ Bruxellæ et convisitor ordinarius provinciæ Teutoniæ et frater Philibertus Cooman Procurator eiusdem domus Bruxellensis propter impedimentum principalis visitatoris Prioris Leodiensis præsentis domus Lovaniensis professi in collegam ad visitandum eandem domum Lovaniensem assumptus vocati et requisiti ad eam accedentes quæ ibidem commendatione reformatione et provisione digna reperimus his literis duximus inserenda. Et in primis V.P.D. Guilelmum virum syncerum et pium qui exemplariter et fideliter huic domui per spacium circiter septemdecim annorum præfuit invenimus adeo debilem infirmum inutilem, utpote apoplexia correptum, ac impotentem ad officium suum exercendum quod propter suorum membrorum et virium impotentiam (qua Deus misericorditer eum tetigit) coacti fuimus eundem ab officio prioratus exonerare et absolvere. Præsertim cum manifestum omnium iudicio ex sui officii continuatione huic domui immineret periculum, quæ indiget pastore bene valenti strenuo ac vigilantissimo qui omnium subditorum salutem, et profectui spirituali invigilare ac in temporalibus Domum iuvare possit. Et ut Ecclesiæ viduatæ de tali pastore immediate providerent concedentes electionem conventualibus omnes nemine discrepante invocata gratia Spiritus Sancti Venerandum Patrem Dom. Arnoldum Havensium Priorem domus Leodiensis et Visitatorem provinciæ eiusdem domus Lovaniensis professum in suum priorem unanimiter et canonice elegerunt. Quem propterea a prioratu dictæ domus Leodiensis absolutum declarantes autoritate Capituli generalis et Reverendi Patris Cartusiæ qua fungimur in priorem eiusdem domus Lovaniensis suæ professionis confirmamus atque eundem in (illisibile) rogavimus et admonuimus quatenus onus sibi impositum æquanimiter suscipiat atque in virtute Sanctæ Obedientiæ ad maius meritum et salutarem omnium profectum exerceat in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Monachos vero Conversos et donatos eiusdem domus invenimus omnes sinceros pacificos uniformes et bonos religiosos et in quibus admonendi erant suaviter illos admonuimus sperantes quod per promotionem et vigilantiam novi Prioris si quis ex illis circa observationem silentii, et alias ordinis ceremonias custodienda minus diligens fuerit, deinceps reformabitur (illisibile) corrigetur, uti humiliter quilibet et omnes simul, clamantes culpas suas, et emendationem promittentes proposuerunt. Quibus ultra pœnitentiam in recitatione impositam unam singulis iniunximus Missam celebrare de Spiritu Sancto ad impetrandam gratiam bonæ perseverantiæ usque in finem et singuli in capitulo de manu præsentis singulas recipiant disciplinas. Conversi vero et donati viginti quinque orationes dominicas et totidem Salutationes Angelicas recitare tenebuntur, et quilibet conversus quoque unam accipiat disciplinam in remissionem peccatorum.

Ordinamus ut diligentius solito Statuta et Institutiones Ordinis serventur, maxime circa divinum officium suaviter ac rotunde cum debitis pausis decantandum ne ex nimia morositate fastidium audientibus generetur. Rogantes V.P. Priorem et Vicarium ut super hoc diligenter invigilent et curent ut omnes unanimiter in omnibus observantiis et cæremoniis ordinis tam in Ecclesia quam extra se conforment ad formam et normam Statutorum nostrorum.

Status domus ad relationem procuratoris talis est: Est prior cum cum octo monachis incluso uno novitio tres conversi, quatuor donati, cum alia familia competenti. Exiguam in victualibus habent provisionem plura debentur eis seu domui, quam debent. Datis in eadem domo Lovaniensi die et Anno quibus supra, sub impressione sigilli domus nostræ et subscriptionibus nostris in fidem et testimonium remissorum.

D. Petrus de Leon
Prior Bruxellæ

Visitatores

Fr. Philibertus Cooman
Procurator eiusdem domus

Visitor: Petrus de Leon, prior van Brussel (Pros. 2393; PR HFM103)
Convisitor: Philibertus Cooman, procurator van Brussel (Pros. 2471; PR BxM155)

Visitatie: van begin september 1596

Bezetting van het klooster: 8 monniken, 1 novice, 3 conversen en 4 donaten.

Prior: Arnoldus Havens (Pros. 236; PR LoM011)

Vicarius: Joannes Gerulphus (Pros. 1557; PR ChM086)

Procurator: Joannes Cooman (Pros. 1467; PR Lom079)

Sacrista: Joannes-Baptista Daniels (Pros. 1852; PR LoM102)

Coadjutor:

Monniken: Melchior Charles (Pros. 2140; PR LoM111)

Joannes Everard Gobbels ?(Pros. 1529; PR LoM084)

Godefridus van Halmale ?(Pros. 827; PR LoM048)

Novice: Bartholomeus van Wilsen (Pros. 305; PR LoM015)

Conversen: ?

Donaten: ?

Commentaar:

De procurator van Brussel vervangt de prior van Luik als convisitor, omdat deze laatste verkozen werd tot prior van Leuven, ter vervanging van Gulielmus van Beijeren. Nu zwak en ziek werd deze, na zeventien jaar prioraat, uit zijn functie ontheven. Van de monniken en de donaten mag men zeggen dat zij goede religieuzen zijn.

Ordinatio: goed zingen en zich op alle gebied toeleggen op het onderhouden van de observanties en ceremonies van de orde volgens de statuten.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 8 moines, 1 novice, 3 convers et 4 donnés.

Le procureur de Bruxelles remplace le prieur de Liège en tant que convisiteur, puisque celui-ci a été nommé prieur de Louvain en remplacement de Gulielmus van Beijeren. Affaibli et âgé, ce dernier est destitué de sa fonction après 17 ans de priorat. On peut dire que les moines et les donnés sont de bons religieux.

Ordinatio: bien chanter et s'appliquer en général au respect de l'observance et des cérémonies de l'ordre selon les statuts.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 8 Mönche, 1 Novize, 3 Konverse und 4 Donate.

Der Prokurator von Brüssel ersetzt den Prior von Lüttich als Convisitor, da dieser als Prior von Leuven als Stellvertreter von Gulielmus van Beijeren gewählt wurde. Dieser, inzwischen schwach und alt, wird nach siebzehn Jahre seines Amtes enthoben. Von den Mönchen und Donate kann gesagt werden, dass sie gute Geistliche sind.

Ordinatio: gut singen und sich in jede Beziehung auf die Nachlebung der Observantien und Zeremonien des Ordens nach den Statuten zulegen.

Comment:

Members of the community: 8 monks, 1 novice, 3 converses and 4 donates.

The procurator of Brussels replaces the prior of Liège in his function of convisitor, because he has been elected prior of Lovain to replace Gulielmus van Beijeren who, after seventeen years, now old and sick, has been released of his function. One can say that the monks and donates are good religious.

Ordinatio: sing well and try to practise the strict observance of the ceremonies of the Order according to the statutes.

Leuven 1726
(25/7/1726 - 30/7/1726)

#

In Nomine Ter Sanctæ & Individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti amen

Anno à nativitate Domini millesimo septingentesimo vigesimo sexto, die mensis julii vigesimâ quintâ & sequentibus. Nos fratres Josephus Engelgrave & Petrus Loncin humiles Priores Domorum Bruxellarum & Leodii Visitatores Provinciæ Teutoniæ ordinarii, Lovanium devenientes solitæ visitationis actum instituere cœpimus, ubi præsidens ab annis circiter duobus Venerabilis P. Henricus van Geele sinceram novæ suæ administrationis seriem patenti corde explicuit, quam nos Dei & ordinis Spiritui conformem experti, ubertim in utroque statu profuturam confidimus. Orationis enim & virtutum studio deditus internam cartusianæ vitæ dulcedinem degustavit, quâ nunc filios suos et verbo et exemplo allucere ad sublimem monasticæ perfectionis obligationem satagit.

Pacis vero & tranquillitatis amator, dum vicarius erat monasteria sine dilectione velut tartara esse edoctus est, ac proinde difficilioris licet genii quosdam habeat, conservandæ unioni fraternæ precipuam sollicitudinis suæ partem impendit, ita etiam ut erga eos qui rigidiores sunt ipsius censors pari semper bonitate affectus condolare potius quam acrius corripere consueverit et bonum pro malo reddere paratus, quantum internam filiorum suorum tranquillitatem diligit, prudenti patientiâ paternâque charitate demonstret. Unde sibi intime persuasum esse vidimus artem artium esse regimen animarum, quantumque oneris pondus superiorum humeris sit impositum, a quibus & animarum ratio & subditorum sanguis in tremendo Dei iudicio exquiritur: quapropter magna ipsius humilitas, religiosa modestia, vitæ probitas et exacta statutorum observatio, necnon diligentissima nocturni ac diurni officii frequentatio, indicia nobis maxima fuere, nil sibi magis gratum, nil magis volitum, nil magis cordi esse, quam ut omnes veri pastoris partes adimplendo suæ suorumque saluti provideat.

Rebus demum externis sollicite superintendens, mediocres huius Domus facultates proficue & prudenter in usus necessarios utilesque reparationes ita impendit, ut redditibus sua œconomiâ paulatim adauctis, antiqua hæc deserti filia variis temporum eventibus deformata, in pristinum ubertatis suæ statum restauranda speretur. Illum igitur commonuimus, ut Deum semper præ oculis habens, sit in corrigendis defectibus, ut ait scriptura, virga vigilans, sit erga filios benignus & providus, sed eos etiam ad debitam regulæ observantiam, ad laudabilem in verbis & gestibus modestiam in claustro præsertim et ecclesia adhortetur & cogat. Quibus hisce monitis auscultans, jussus est a nobis unam Sanctissimæ Trinitatis missam legere, unam in privato disciplinam sumere, ac in officio ad ordinis voluntatem permanere

#

Peracto etiam Monachorum Scrutinio Satis & libenter intelleximus, eos nostris consiliis adhærentes, in corde suo ascensione disposuisse, quibus de virtute in virtutem ituri, perfectioris vitæ normam arripuisse videntur: Nam alacris &

assidua chori diu noctuque frequentandi æmulatio, strenuus in sacris laudibus concinendis vigor, ubi præcipua temporis nostri pars impenditur, præcipuam eorum etiam laudem faciunt: cui externo corporalis præsentia zelo, si modestia, si gravitas, si major mentis attentii si contriti cordis unctio, majorque pietas accederent, suæ professio sanctitati viciniore putarem. Attamen spes uberius progressus tanto magis affulget; quanto eos in reparata pace ac unione fraterna constantius perseverare velle conspeximus sique unius alteriusve nimia animi levitas vel promptior motu paucillum charitati nocet; non eam frangit, non expulsat, par inquam charitas sed non emoritur: nilominus quam sit periculosum vel sæcularibus cognomentis, vel conviciis, vel falsis adin...tionibus fratrem suum lacessere, ex scriptura sacra modo consiliis modo iudicium, modo ignis gehennam comminante demonstravit qui enim, dicente Augustino, in conspectu populi male vivit, quantum in illo est, eum a quo attenditur, occidit.

Solitudinis vero & silentii custodia quæ toties a nobis commenda tam diu neglecta, ac tandem in melius exulta fuit, urente quasi vento perculsa in integrum restitui ex prava consuetudine neque unde eos omnes hortati fuimus, ut D. Bernardi salubria perpenderent verba dicentis, recole primordia, attende media, memorare novissima, hæc pudorem adducunt, ista dolorem ingerunt, illa meam incutiunt; cogita unde veneris, & erubescere: ubi sis, & ingemisce quo vadas, & contremisce. Ac demum in Christi visceribus obtestati sumus, ut statutis fideliter adhærentes ea esse necessaria ad salutem media putarent: ut honore sese invicem prævenient pacifice conversarentur: ut superiori suo humilitatem, affectum & obedientiam exhibentes, illius actiones indiscretâ & severiore censurâ inspicere desisterent: cum multa nobis temere delate fuisse dignoverimus, quorum facti nunc certiores abunde omnes satisfactum esse iudicamus.

His itaque paternis monitionibus nostris obtemperantes jussi sunt unam Sanctissimæ Virginis missam legere, binas a præsidente disciplinas in Capitulo recipere, non celebrans 7 psalmos pænitentiales recitare, officialibus in officio relictis.

Frater donatus unus, uni Deo placere volens, duobus tamen Domini inservit, quos in uno eodemque obsequio respiciens, dum uni manus et pedes ad laborem præstat, alteri per fidem opus suum ex corde devoveat dumque cum pietate, modestia, humilitate ac obedientia ordini famula Christi vicarium ceu superiorem suum in omnibus quæ præceperit audiendo, Deum met ipsum audire & uni Deo placere ostendimus: unde eum ad ampliorem semper in virtute profectum, & profundiorum erga superiores reverentiam adhortando, in vera æterne beatitudinis via reliquimus, ad quam obtinendam unum B.V. rosarium præter scrutiniū pensum injunximus.

Ordinationes ultimæ visitationis confirmamus, quibus addimus sequentes.

1. Nullus in posterum cognomenta sæcularia vel injuriosa vel irrisoria alteri tribuat, id quod indecens & communi paci contrarium.

2. Servetur Parag^s 10 Capituli 6 ubi habetur, procurator providere debet quantum potest ut portiones pitantiarum sint æquales, & propterea quantum negotia Domus permittunt, pitantiis faciendis interesse debet.

3. Nemo cellâ suâ exeat ad eligendam sibi pitantiam dum transit famulus qui ministrat, nec eum ibidem retineat nec cum ipso loquatur, sub pœna a Priore imponenda, sed quilibet appositâ sibi pitantiâ tanquam gratis & a domino data contentus sit.

Deputati ad confessiones audiendas, sunt V.P. Joannes Josephus van Goedenhuijse vicarius. V.P. Petrus D'Eynatten Coadjutor & V.P. Antelmus Pierret.

Status Ds referente venerabili P. Procuratore talis est: sunt in ea connumerato venerabili P. Priore monachi undecim, frater donatus unus, unus postulans, famuli septem, equus unus, aliqua debentibus plura debentur.

In quorum fidem subscripsimus & minora domorum nostrarum sigilla apposuimus 30 Julii 1726

fr. Joseph Engelgrave
Prior domus Bruxellarum Visitor

fr. Petrus Loncin Prior Domus
Leodii
Convisitor

Visitor: Josephus Engelgrave, prior van Brussel (Pros. 1904; PR BxM119)

Convisitor: Petrus Loncin, prior van Luik (Pros. 2397; PR LiM186)

Visitatie: van 25/7/1726 tot 30 juillet 1726

Bezetting van het klooster: 11 monniken, 1 postulant, 1 donaat en 7 knechten.

Prior: Henricus Geelen (Pros. 1022; PR NLM045)

Vicarius: Joannes-Josephus van Goedenhuijse (Pros. 1906; PR DiM137);
biechtvader

Procurator: Bernardus van Boterdael (Pros. 342; PR BxM021)

Sacrista: Hilarion van Berchem ? (Pros. 1123; PR LoM066)

Coadjutor: Petrus d'Eynatten (Pros. 2367; PR LoM 121); biechtvader

Monniken: Anthelmus Pierret (Pros. 150; PR LoM008); biechtvader

Bernardus Daels (Pros. 347; PR LoM018)

Franciscus de Post ? (Pros. 68; PR LoM040)

Benedictus van Langendonck ? (Pros. 326; PR LoM016)

Bruno vanden Nieuwenhuysen ? (Pros. 413; PR LoM023)

Hugo van Deuren ? (Pros. 1150; PR LoM068)

Postulant: Joannes vander Doodt (Pros. 1504; LoM081)

Donaat: Daniel van Dormael ? (Pros. 540; PR LoD015)

Commentaar:

Henricus Geelen is prior sinds twee jaar. Spijts zekere moeilijkheden streeft hij in die tijd steeds naar vrede; ook materieel zorgt hij goed voor zijn convent.

Wanneer er een monnik eens te kort schiet, wordt hij geestelijk weer op het goede pad gebracht.

Er is maar een donaat maar hij werkt voor twee !

Ordinatio:

1. niemand mag voortaan de wereldse bijnaam van zijn broeders gebruiken, noch als scheldnaam, noch om te spotten, want dit betaamt niet en is tegen de wet.

2. parag. 10, hoofdstuk 6, waar gesproken wordt over de pitanties die de procurator verdeelt, moet gerespecteerd worden.

3. niemand mag uit zijn cel komen om zelf zijn pitantie te kiezen of om te praten.

Het klooster bezit 1 paard.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 11 moines, 1 postulant, 1 donné et 7 serviteurs.

Henricus Geelen est prieur depuis deux ans. Malgré certaines difficultés, il fut à la recherche de la paix. Il s'occupe également de l'aspect matériel de son couvent. Quand un moine manque à sa tâche, on le ramène sur la bonne voie spirituelle. Il n'y a qu'un donné, mais il travaille pour deux !

Ordinatio:

1. personne n'utilisera dès à présent le surnom séculier de ses frères, ni pour l'insulter, ni pour se moquer, car cela n'est pas convenable et à l'encontre de la loi.

2. le par. 10, chap. 6, où l'on parle des pitances que le procureur distribue, doit être respecté.

3. Personne ne peut quitter sa cellule pour choisir sa propre pitance, ni pour parler.

Le monastère possède 1 cheval.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 11 Mönche, 1 Postulant, 1 Donat und 7 Knechte.

Henricus Geelen ist seit zwei Jahren Prior und trotz gewisse Schwierigkeiten strebte er stets nach Frieden, auch materiell sorgt er für sein Kloster. Wenn ein oder anderer Mönch nicht auf die Höhe ist, wird er auf das richtige spirituelle Pfad gebracht.

Es gibtst nur ein Donat, aber er arbeitet für zwei !

Ordinatio:

1. Von nun an darf keiner noch den Beinamen seines Bruders gebrauchen, noch zum schimpfen, noch zum spotten. Dies gehört sich nicht und ist gegen die Regeln.

2. Par. 10, Kap. 6 wo über die Verteilung der täglichen Essensration durch den Prokurator die rede ist, muss respektiert werden.

3. Keiner darf seine Zelle verlassen um selbst sein Essen zu wählen oder zu reden.

Das Kloster besitzt 1 Pferd.

Comment:

Members of the community: 11 monks; 1 postulant; 1 donate and 7 servants.

Henricus Geelen has been prior during the last 2 years and although times have been stormy during this period, he always tried to keep the peace, and also materially he looks after his convent and helps when a monk is not on the right spiritual path.

There is only one donate but he works for two !

Ordinatio:

1. From now on no one is to use the worldly nickname of his fellow-brothers, not to insult, nor to laugh at him, this is unworthy and against the rules.
 2. Par. 10, chapter 6 concerning the distribution of the pittance by the procurator, has to be observed.
 3. No one is to leave his cell to choose his pittance himself or to talk.
- The monastery possesses 1 horse.

Domus Lovaniensis
(14/3/1755 – 18/3/1755)

In nomine ter sanctæ et individuæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen.

Anno post natum Christum Salvatorem mundi, millesimo septingentesimo quinquagesimo quinto, mensis martii quarta decima, nos humiles fratres Antonius De Backer Prior domus Bruxellarum Provinciæ Teutoniæ, Visitator ordinarius, et Bruno Pede prior domus Capellæ B. Mariæ in Collegam assumptus:

Transactæ hiemis acerbo frigore parum mitigato, munere nostro domos provinciæ visitandi, quoad fieri potuit defuncturi; dilata tamen ad post usque generale Capitulum Domo Leodiensi: Bruxella Lovanium perreximus, studiorum, atque musarum sedem, ac in hisce inferioris Belgii provinciis Cæsareæ suæ Majestati parentibus unicum Athenæum, illudque celeberrimum. Hanc solo hoc titulo satis famosam Urbem ingressi, divertimus ad Domum nostram intra muros ejus fundatam, ac ædificatam; eo majori zelo disciplinam ordinis in ea in quantum possibile promoturi quod ex Domus hujus fama Ordinis totius sed maxime Teutoniæ hujus provinciæ famam pendere, nullus nostrum dubitavit unquam: cum enim ex toto hoc Belgio ad Athenæum istud studiosa juvenus accurrat, ut sub doctissimis omnis generis artium facultatumque Professoribus magistris varias scientias comparet ac consequatur, iisque consecutis, docti, selectique ad Beneficia vel officia, sive Ecclesiastica, sive Civilia, per Patriam promoventur: qualem de Cartusianis Lovaniensibus hic hauserunt, vel bonam, vel sinistram opinionem; talem de omnibus nobis facile secum dederunt ac retinent semper. Invenimus autem per anni præcedentis Capitulum nostrum generale (concessa venerabili seni D. Hugoni van Deuren propter infirmitates misericordia) in hujus familiæ Patrem ac Priorem constitutum Venerabilem Patrem Domnum Bernardum Micheroux Domus nostræ Leodii professum: qui licet linguæ patriæ ignarus, latina suos Conventuales verbo, alios sibi subjectos, egregio ad virtutem adhortari curat exemplo, optime se nosse ostendens illud Quintiliani scribentis: Hæc est superiorum conditio, ut quidquid faciunt, præcipere videantur, ac Horatii illud « Componitur Orbis, Regis ad exemplum. Totius Communitatis testimonio ut diurnis ita nocturnis officiis alacriter assistit, ac in solitudinis, silentii, studiorum et piorum exercitationum cultu non modo a cæteris claustralibus non differre, sed primus dicitur. Virum talem a sobrietatis, aliarumque religiosarum virtutum studio multum insuper laudatum, adhortati sumus; ut quo cœpit pede sic non solummodo bene, sed melius semper eat: ad quod illum inducat memoria felicissimi quondam hujus Domus status, dum bona ejus trahente fama, piissimi doctissimique viri hic Ordini nostro se adscribebant; unde Cartusia hæc uno eodemque tempore vidit ex suis professis in hac provincia septem simul viventes variarum Domorum Priores, hosque insignissimos. hinc et eum monuimus ut in superioratu hic positus pro Domus hujus fama quasi Deo, et ordini fidejussor; curet fideliter laxitates, et transgressiones quæ aliorum aut nimia conniventia aut negligentia hic irrepserant, magis semper, ac magis

corrigeret, et extirpare; denique ut compatiens domui in annuis Redditibus ac proventibus tenuissima parcat inutilibus sumptibus et nil novi in ea permittat construi aut fieri quod vel non redoleat antiquam simplicitatem vel evidens utilitas aut necessitas non exposcat; sic œconomi prædecessoris sui vestigia insequendo debitis eam liberaturus, maxime iterum gravaturus alias. Monitionibus nostris omnem attentionem et observantiam promittenti multam patientiam ac cæleste auxilium precati sumus, ad quod obtinendum injunximus ei Unam Sanctissimæ Trinitatis Missam præter scrutiniî pensum, unamque in privato disciplinam, ac in officio a quo absolvi petiit, jussimus eum permanere ad ordinis voluntatem

Conventuales invenimus animorum concordiam et pacem inter se colentes quam Christus Dominus suis discipulis testamento reliquit. Divinorum officiorum diu noctuque eorum frequentationem in tam parvo numero, non mediocri encomio dignum fateri debuimus: de solitudine, de silentio de spiritualibus exercitiis, de eorum conversatione sciscitati, nil momenti alicujus in illis reprehendendum, sive desiderandum comperimus; nisi frequentiore in Junioribus præcipue ad sacramentalem Confessionem accessum; et in Fratre Subdiacono, ut singulis saltem Dominicis diebus et festivis devote communicando gustet quam suavis sit Dominus et ex hoc vitæ, et omnis Boni fonte hauriat scientiam, sibi tam necessariam, quam in studiis exercitatio illi denegare videtur. Omnes pariter monuimus ut ad retinendam imo augendam domus bonam famam, bonum in illis Christi odorem bene perpendendo suæ vocationis debitum, ac semper religiosius, perfectiusque vivendo, venerabilis sui Prioris zelum obsecudent. denique ut modestius, ac religiosius quam hactenus, ac conformiter ad statutum, in Choro et Refectorio existentes, oculos suos servare curent, nec hinc inde eos circumvolare permittant. Ut autem in his divina ope roborentur, jussimus celebrentes Unam B.V. Mariæ missam legere, non celebrantem septem Psalmos pœnitentiales junctis litanis, recitare, binasque in Capitulo disciplinas omnes (præter scrutiniî pensum) a Præsidente recipere, officialibus in suis officiis relictis.

Mirati nequaquam fuimus simili mutua pacis ac concordia inter se fratres Donatos constringi vinculo; cum in monachis quotidie pacis ac unitatis exempla sibi ob oculos posita habeant. ex illa animorum unione procedit pietas, eos ad superiorum reverentiam faciles, ad frequentendam Ecclesiam propensos et ad laborem alacres et expeditos efficiens: quibus bonis dotibus accedente mentis tranquillitate eos sacræ suæ vocationis spiritum concepisse et in aperta suæ salutis via fiducialiter progredi judicavimus. Hos ad perseverantiam sumus hortati quæ teste D. Bernardo « sola nutrix est ad meritum mediatrix ad præmium, sola cui æternitas redditur, dicente Domino qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Ad quam obtinendam unum illis B.V. Mariæ Rosarium præter scrutiniî pensum injunximus.

Ordinationes præcedentis Visitationis confirmamus, super has autem omnes, illam de arca communi habenda, quam maxima cum indignatione comperimus non fuisse servatam: ideo absque ulla dilatione, pecuniæ quæ ex redemptis capitalibus vel ex præcedentium officialium parsimonia provenerunt, in arca jam parata, sub tribus clavibus imponantur donec et quoadusque.

Deputati ad confessiones sunt V.V.P.P. Domnus Joannes Baptista Luyckx vicarius, D. Hugo van Deuren Coadjutor et D. Hilarion van Berchem Procurator. Status Domus talis est: sunt in ea connumerato V.P. Priore monachi septem, fratres Donati quatuor, famuli domestici sex, equus unus. Pauca debentibus multa debentur. In quorum fidem subscripsimus et minora Domorum nostrarum sigilla apposimus hac 18 martii 1755.

Fr. Antonius de Backer Prior
domus Bruxellarum visitator

fr. Bruno Pede prior domus Capellæ
in collegam assumptus

Visitator: Antonius de Backer, prior van Brussel (Pros. 172; PR BxM013)

Convisitator: Bruno Pede, prior van Herne (Pros. 416; PR BxM027)

Visitatie: van 14/3/1755 tot 18/3/1755.

Bezetting van het klooster: 7 monniken, 4 donaten en 6 knechten.

Prior: Bernardus Micheroux (Pros. 357; PR LiM021)

Vicarius: Joannes-Baptista Luyckx (Pros. 1859; PR BxM114)

Procurator: Hilarion van Berchem (Pros. 1123; PR LoM066)

Sacrista:

Coadjutor: Hugo van Deuren (Pros. 1150; PR LoM068)

Monniken: Jacobus van Zadalere (Pros. 1311; PR LoM071)

Donaten: Bernardus Geutsen ? (Pros. 353; PR LoD007)

Daniel van Dormael (Pros. 540; PR LoD015)

Mathias Bool (Pros. 2109; PR LoD034)

Nicolaus Puffet (Pros. 2239; PR LoD037)

Commentaar:

Over dit klooster wordt heel veel lof gezongen; er zijn namelijk 7 priors hieruit afkomstig. De huidige prior, Bernard Micheroux, olim prior van Luik, werd door het voorgaand generaal kapittel hier tot prior benoemd, als navolger van Hugo van Deuren die oud en ziek is. De nieuwe prior kent geen nederlands en gebruikt het latijn om met zijn onderdanen te praten. Hij is een zeer goede prior maar mag niet te luxueus bouwen.

De monniken, waarvan er één subdiaken is, kunnen als zeer goed bestempeld worden.

De donaten komen met elkaar goed overeen.

Ordinatie: over de geldkoffer moet gewaakt worden, wat tot onze grote verontwaardiging niet gebeurt.

Het klooster bezit 1 paard.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 7 moines, 4 donnés et 6 serveurs.

Que des louanges sur ce couvent, dont sept membres occupent un priorat ailleurs. Le prieur actuel, Bernard Micheroux, ex-prieur de Liège, a été nommé prieur ici à Louvain par le dernier chapitre général en remplacement de Hugo van Deuren qui est malade et très âgé. Le nouveau prieur ne parle pas le néerlandais, il s'adresse en latin à ses subordonnés. C'est un très bon prieur, mais il ne doit pas construire trop luxueusement.

Les moines, dont un est sous-diacre, peuvent être qualifiés de très bons.

Il regne une entente parfaite entre les donnés.

Ordination: il faut veiller sur le coffre d'argent, car à notre grande indignation, cela n'est pas le cas.

Parmi les possessions du monastère il y a 1 cheval.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 7 Mönche, 4 Donat und 6 Knechte.

Nur Lob über dieses Kloster, woraus 7 Prioren hervorgegangen sind. Der jetzige Prior, Bernard Micheroux, früherer Prior von Lüttich, wurde vom letzten Generalkapitel zum hiesigen Prior benannt, da Hugo van Deuren alt und krank war. Der neue Prior kennt kein Niederländisch und wendet sich in Latein zu seinen Untertanen. Er ist ein sehr guter Prior, er darf jedoch nicht zu luxuriös bauen.

Die Mönche, worunter ein Subdiakon, können als sehr gut angesehen werden.

Die Donat verstehen sich sehr gut miteinander.

Ordinatio: der Geldkoffer muss überwacht werden, was zu unserer Empörung bis jetzt nicht geschieht.

Das Kloster besitzt 1 Pferd.

Comment:

Members of the community: 7 monks; 4 donates and 6 servants.

There is only praise about this convent. 7 priors have emerged from there. The present Prior, Bernard Micheroux, former prior of Liège, has been nominated by the last General Chapter to be the new Prior, because Hugo van Deuren was old and sick. The new prior does not speak Dutch and uses Latin to address himself to his subjects. He is a very good prior but must not build too sumptuously.

The monks, of whom one is subdeacon, can be regarded as very good.

The donates get on well with one another.

Ordinatio: the safe has to be watched, which to our great indignation is not the case at present.

The monastery possesses 1 horse.

Louvain
(27/3/1759 – 2/4/1759)

In nomine ter Sanctæ et individuæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen.

Anno a felicissimâ recordationis illo, in quo visitavit nos misericors Deus factus homo; Millesimo septingentesimo quinquagesimo nono, die Vigesiâ septimâ Martii et sequentibus: nos fratres Antonius de Backer Prior Domus Bruxellarum, Visitor Provincie Teutoniae ordinarius et Bruno Pede prior Domus Capellæ Beatae Mariæ in collegam assumptus; Cartusiam nostram Lovaniensem ad præscriptam nobis formam ut solito visitantes occurrit nobis Venerabilis Pater Domnus Bernardus Micheroux a quinque annis hæc in domo constitutus Prior, vir robusto corpore sed febrium reliquiis quibus per integram fere hyemem impetit misere fuit, adhuc vexatus interdum; at prout sperare nos jubent externa signa, auxiliante Deo; integerrimæ sanitati restituendus in brevi. De superioris hujus vitæ et moribus interrogati per ordinem subditi, sequentia nobis dederunt testimonia scilicet: ex clarionâ superioris sui voce in divinorum officiorum cantu quibus quoad valet et potest, ut ajunt interest, spirituales se jucunditatem semper degustare, et Gregoriani modulaminis egregiâ ejus peritiâ, in illis officiis egregie etiam se adjuvari. Solitudinis amans et Cellæ suæ cultor dicitur maximus, in hoc etiam suis præbens exemplum, ut sequantur vestigia ejus habeantque Cellam pro paradiso. Intelleximus quoque quod ut religiosæ disciplinæ vindex, nil incorrectum ubi opus, nihil relinquat incorrectum; et in iis simul commiscere studeat hæc duo a Divo Gregorio superioribus ita commendata: auctoritatem regendi cum benignitate consolandi; nisi enim imperium suavitate temperetur, cito excutitur. Demum sicut in rebus spiritualibus sibi commissæ Domus attentum ac sollicitum semper habet animum; sic pariter rerum temporalium ac domesticarum curis gravare se pergit nostro iudicio parum nimis; unde et eum fraterne rogavimus, ut temporalium hanc curam atque directionem in suum Procuratorem omnino diffunderet, retentâ sibi solâ generali superintendentiâ ad sensum statutorum. Illud et hortati sumus ut in dilectione quâ sibi subditos complectitur, gradus sibi constituat, unde nullus murmuret; in primo hujus dilectionis gradu collocando suos monachos ut suos in Christo Confratres, inter quos non est nisi primus inter pares, post quos; fratres donatos ac demum post illos, Domesticos famulos: memor semper verborum salvatoris nostri ad Discipulos suos apud Matthæum: Principes gentium dominantur eorum, et qui majores sunt potestatem exercent in eos, sed non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos major fieri sit vester minister et^a huic exhortationi nostræ adjunximus, satis mirari simul et concipere nos non posse, quo motivo vel quâ ratione ducatur, ut inter varios se ad nostrum ordinem præsentantes nullum eligat et ad novitiatum recipiat favorabili utens facultate Domui Lovaniensi concessâ et quatuor aliis Domibus hujus provincie denegata. Hoc diximus et unum alterumve postulantium quam primum se recepturum pollicenti et monitionibus nostris satisfacere paratissimo injunximus ad obtinendam desuper Dei opem, Unam Sanctissimæ Trinitatis

Missam, unam in privato disciplinam, ac in Officio a quo absolvi humiliter petiit, ad Ordinis voluntatem permanere.

Facile nobis fuit quinque Monachos qui cum venerabili Patre suo Priore spatiosum hujus Domus Ambitum inhabitant brevi temporis spatio invisere; equidem debitâ cum attentione interrogati super ea quæ ad normam statutorum scire volebamus; intelleximus magno cum gaudio vigere inter illos animorum concordiam mutuamque dilectionem, quod veræ Religiositatis signum est et in suæ professionis exercitio eos tueri et roborare valet. Omnes uno interdum excepto, audito ad matutinas excitantis Sacristæ pulsu, electis suis exilientes dato signo ad Ecclesiam festinant, in quâ omni quâ possunt recollectione divinas laudes (quia pauci numero) plerumque sine notâ persolvunt: diei autem officia semper in pleno cantu peragunt ita; ut sive ex Ecclesiæ resonantiâ sive ex limpidis candidisque eorum vocibus, duodecim ad minus ibi cantare videantur. Solitudinem et silentium colunt ac observant, superiori suo debitam reverentiam exhibent; et uno verbo non invenimus unde illos reprehendere possemus aliquatenus. Itaque in hoc illorum laudabili conversandi modo, eos ad perseverantiam incitavimus his Divi Bernardi verbis: absque perseverantiâ, nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur, vigor virium, virtutum consummatio est; tolle perseverantiam nec obsequium mercedem habet; nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Quam ut e cælo consequantur; unam singulis beatissimæ Virginis Mariæ Missam celebrandam injunximus, binasque in Capitulo infligendas a Præsidente disciplinas, officialibus in officio relictis.

Seorsum interrogati fratres Donati tres, qualis illorum esset vivendi modus et conversatio; intelleximus eos in verâ pace et mutuâ dilectione inter se agere et experientiâ degustare: quam bonum et quam jucundum sit: sic habitare fratres in unum. pietatem, obedientiam, humilitatem, patientiam, domesticum zelum, similesque virtutes quæ in iis requiri possunt possidere videntur unus tantum illorum in aliquo reprehensibilis visus est, quem et reprehendimus. ut autem in bono perseverent et in lege Domini currentes ac certantes suæ salutis bravium, victoriæ præmium assequantur in fine. Unum eos Beatissimæ Virginis Rosarium præter alterum in culparum suarum agnitione injunctum, recitare jussimus.

Deputati ad confessiones audiendas sunt: venerabiles Patres Domnus Joannes Baptista Luyckx vicarius, et Ds Antonius Van der Elst.

Status Domus hujus referente Procuratore talis est: sunt in eâ connumerato venerabili Patre Priore, Monachi sex, fratres Donati tres, famuli domestici sex, Equus unus: pauca debentibus plura debentur.

In quorum omnium fidem subscripsimus, et minora Domorum nostrarum sigilla apposuimus, hâc 2^a Aprilis 1759.

Fr. Antonius de Backer Prior D^s Bruxellarum Visitator Provinciæ Teuthoniæ.
Fr. Bruno Pede prior D^s B. Mariæ de Capellâ in Collegam assumptus.

Visitor: Antonius de Backer, prior van Brussel (Pros. 172; PR BxM013)

Convisitor: Bruno Pede, prior van Herne (Pros. 416; PR BxM027)

Visitatie: van 27/3/1759 tot 2/4/1759

Bezetting van het klooster: 6 monniken, 3 donaten en 6 knechten.

Prior: Bernardus Micheroux (Pros. 357; PR LiM021)

Vicarius: Joannes-Baptista Luyckx (Pros. 1859; PR BxM114)

Procurator: Bruno le Comte ? (Pros. 382; PR ChM032)

Sacrista:

Coadjutor:

Monniken: Jacobus van Zadalere (Pros. 1311; PR LoM071)

Antonius vander Elst (Pros. 182; PR SMM012)

Hugo Verduyn ? (Pros. 1187; PR BxM078)

Donaten: Daniel van Dormael (Pros. 540; PR LoD015)

Mathias Bool (Pros. 2109; PR LoD034)

Nicolaus Puffet (Pros. 2239; PR LoD037)

Commentaar:

Prior Bernard Micheroux heeft koorts gehad maar hij is aan de beterhand. Hij kent en zingt heel goed Gregoriaans. Hij past goed op zijn onderdanen en zorgt, samen met de procurator, over de materiële zaken. Hij is even goed voor de monniken als voor de donaten en de knechten, maar de vraag wordt gesteld waarom hij het aanbod om novicen op te nemen niet waargenomen heeft, hetgeen aan 4 andere kloosters geweigerd werd. Zo vlug mogelijk de eerste novice die zich aanbiedt aanvaarden.

De 5 monniken werden goed ondervraagd. Ze doen het voortreffelijk, behalve één die soms te laat is in het nachtofficie, dat gereciteerd wordt. Het dagofficie wordt volledig gezongen.

De donaten zijn goed, maar één hebben we wel op de vingers moeten tikken.

Het klooster bezit 1 paard.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 6 moines, 3 donnés et 6 serviteurs.

Le prieur, Bernard Micheroux, a eu de la fièvre mais il va mieux. Il maîtrise et chante très bien le Grégorien. Il est très attentif à ses sujets et, en collaboration avec son procureur, s'occupe aussi des problèmes matériels. Il est bon, tant pour les moines, que pour les donnés et les serviteurs. Mais la question se pose pourquoi il n'a pas utilisé la possibilité qui lui a été offerte et a été refusée à quatre autres monastères, d'accepter des novices. Il y a lieu d'accueillir au plus tôt le premier novice qui se présente.

Les cinq moines ont été interrogés minutieusement. On ne peut rien leur reprocher, un seul arrive parfois en retard à l'office de nuit, qui est récité. L'office de jour est entièrement chanté.

Les donnés travaillent bien mais nous avons dû faire une remontrance à l'un d'eux.

Le monastère possède 1 cheval.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 6 Mönche, 3 Donate und 6 Knechte.

Prior Bernard Micheroux hat Fieber gehabt, aber es geht ihm besser. Er kann sehr gut Gregorian und singt es auch gut. Er sorgt gut für seine Untertanen und

wacht auch, zusammen mit sein Prokurator, über die materiellen Verhältnissen. Er ist gut für die Mönche, die Donate und auch für die Knechte. Aber man fragt sich warum er das Angebot von 4 Klöstern, um Novizen aufzunehmen, weigerte. So bald wie möglich sollte er den ersten Novizen, der sich anbietet, annehmen.

Die 5 Mönche wurden gründlich befragt.

Das Kloster besitzt 1 Pferd.

Comment:

Members of the community: 6 monks, 3 donates and 6 servants.

Prior Bernard Micheroux had fever, but he is better now. He knows Gregorian and also sings it very well. He looks after the members of his community and, together with his procurator, watches over material affairs. He is good to the monks, the donates and also to the servants, but the question remains, why he did not take the opportunity to accept novices, when this was refused to 4 other houses. Novices who apply are to be accepted as soon as possible.

The 5 monks have been thoroughly questioned.

The monastery possesses 1 horse.

Liège
(16/9/1778 – 23/9/1778)

In nomine Etc.

Anno Dominicæ Incarnationis 1778. mensis vero Septembris 16^a et Sequentibus. Nos humiles fratres Joannes Baptista Luyckx Prior ds Bruxellarum et Benedictus 'T Kint Prior ds Lovanii, a postremo Generali Capitulo Commissarii ad visitandam Theutoniæ provinciam instituti peractis quæ partium nostrarum erant in d^o Diesthemii, munus nobis inunctum prosecuti fuimus in d^o Leodii, cui celebri Cartusie a pluribus iam annis præpositum invenimus Ven. adm. Patrem D. Philippum Romsée, multum quidem in præcedenti Visitatione laudatum, jam vero non minori quam tunc commendatione dignum ab inflexâ vigilantie suæ pastoralis continuatione quam in ovibus sibi creditis tam spirituali quam corporali alimoniâ pascendis perspicue demonstrat prudenter in primis considerans, Prælatum quod a subditis suis exposcit verbo, id efficacius persuadere exemplo, tam constanter semel arreptum monasticæ disciplinæ institutum tenere pergit, ut nec assiduis præfecturæ laboribus cedens nec virium suarum imbecillitati parcens qualiacumque Religionis onera quæ subditis suis portanda prædicat portet prior, ad Ecclesiam scilicet ut divinas inibi Laudes quæ valet vocis expressione celebret, diu noctuque infatigabiliter properat, silentii ac solitudinis cultu, mundanæque conversationis fugâ, severâ victus sobrietate aliisque quos alacriter subit, ordinis rigoribus, nihil intentius, quam continuum christianæ perfectionis assequendæ studium se cordi habere non obscure ostendit, memoratis illis quibus suos ad sui imitationem allicit virtutibus, eum in Domino hortati fuimus quatenus totis viribus contenderet, sic omnium ingenii suum gubernandi modum attemperare, ut nec læxioribus plus æquo indulgens neque observantioribus maternæ consolationis ubera subtrahens, hos ad ambulandum per angustano salutis Viam fortiter animaret, et illos â periculoso transgressionis tramite revocare satageret. Demum commendavimus ei novellarum Dominici horti plantarum recte excolendarum tanto accuratiorem sollicitudinem, quanto amplius vel ab illarum profectu sperandum ... boni atque honoris, vel ab earumdem defectu timendum mali atque dedecoris, ad quæ omnia debite exequenda quo magis divinâ corroborari gratiâ mereretur injunximus ei, ut præter scrutini pensum unam de Serenissima Trinitate Missam legeret, unam sibi met in privato disciplinam infligeret, et in officio suo a quo absolvi humiliter petiit permaneret ad ordinis voluntatem.

Conventualium examinato cætu, discussisque uniuscujusque moribus, summo cum gaudio nec minori consolatione percepimus, eos in dies facere uberiores in spirituali vitâ progressus, nam primum factâ ex præscripto statutorum inquisitione de pace (quam præcipuis Spiritus Sancti fructibus Apostolus annumerat) comperimus eam esse talem ut vix potuerimus inter illos desiderare majorem paucis dumtaxat repertis qui suis eam susurris leviter interdum ledere, magis fortasse imprudenter quam malitiose dicantur; unde omnes in communi exhortati fuimus, ut sese invicem ut fratres adjuvantes invictum mutua Charitatis clypeum tenere satagant, et juniores senioribus reverentiam, quam

debent, exhibentes, nulli vel verbo vel gestu offendiculum præbere usquam præsumant.

Insuper singulari præconio laudata fuit illorum tam in frequentando Choro quam in concinendis Dei Laudibus diligentia et assiduitas, quod si easdem pausas, eademque gravitatem, et in finiendo versu æqualem omnes consonantiam observarent, majori adhuc laude digni forent.

Solitudo vero et silentium non eo quo desideramus studio ab aliquibus coluntur, quos propterea admonuimus, ut firmiter præcipuis istis Cartusiani instituti Cardinibus adhærentes certo sibi persuaderent, tanto fore digniores animas suas internis sponsi cælestis alloquiis, et capaciores divinæ consolationis, quanto invenirentur magis ab omni quæsitio terrenæ consolationis vacuæ, et consequenter ad visitantium externorum admissionem minus propensæ, et enim teste Petro Damiano dum strepitus humani cessat alloqui, construitur in nobis templum Spiritus Sancti. Omnibus ergo consultum esse volumus, ut tamquam lapides vivi sub sapientis sui præsidis dispositione in moribus, in fervore, et in statutorum observantiâ debitam rectitudinem teneant, quatenus illud apostoli ipsis applicari mereatur: Dei ædificatio estis templum Dei estis et Spiritus Dei habitat in vobis, in quem finem, et pro defectibus quos humiliter agnoverunt, injunximus singulis ut præter scrutiniî pensum unam de Gloriosissimâ Dei Genitrice missam celebrarent, non celebrantes septem psalmos pænitentiales cum Litaniis legerent, et binas de manu Prioris in Capitulo disciplinas acciperent officialibus in suâ functione relictis.

Inter Fratres Donatos neminem reperimus, quem non censuerimus â diligenti executione creditæ sibi obedientiæ, nec non â Zelo domesticæ utilitatis procurandæ commendandum, Laudem quoque promeretur illorum in frequentandâ Ecclesiâ sedulitas, et in obtemperando superiorum Jussis præstandisque Conventui obsequiis promptitudo, unde vix quidquam de quo admonendi viderentur occurrit, hinc illos ad arrepti propositi perseverantiam accendimus, nec satis esse demonstravimus, externa sua opera etiam strenue exequi, et ad oculum eis, quorum obsequio deputantur deservire, nisi et intimâ cordis humilitate sese demittant, omnesque labores suos soli Deo referentes æternam ab ipso retributionem expectent quam ut assequantur et pro culpis suis quas prostrati confessi sunt, legent unum Beatissimæ Virginis Rosarium præter alterum in recitatione scrutiniî impositum.

Ordinationes præteritarum Visitationum confirmamus.

Deputati ad Confessiones audiendas, sunt VV. PP. D. Mathias Kinable vicarius, et D. Thomas Bogaerts Procurator.

Status hujus ds referente Domino procuratore talis est: sunt in eâ connumerato Domino Priore Monachi duodecim, fratres Donati tres, famuli duodecim, Equi quatuor, boves sex, et porci quatuor.

Multa debentibus plura debentur.

In quorum fidem presentibus subscripsimus, et parva domorum nostrarum sigilla apposuimus die 23^a mensis et anni ut supra.
fr. B. t' Kint Prior ds Lovanii, etc.

Visitator: Joannes-Baptista Luyckx, prior van Brussel (Pros. 1859; PR BxM114)
Convisitator sinds vorig generaal kapittel: Benedictus 't Kint, prior van Leuven (Pros. 333; PR LoM017)

Visitatie: van 16/9/1778 tot 23/9/1778.

Bezetting van het klooster: 12 monniken, 3 donaten en 12 knechten

Prior: Philippus Romsee (Pros. 2496; PR LiM193)

Vicarius: Mathias Kinable (Pros. 2124; PR LiM159); biechtvader

Procurator: Thomas Bogaerts (Pros. 2663; PR LiM217); biechtvader

Sacrista:

Coadjutor:

Monniken: Andreas Sellier (Pros. 126; PR LiM006)

Bartholomeus Thone (Pros. 304a; PR LiM015)

Bruno Hannet (Pros. 401; PR LiM025)

Jacobus Dehousse (Pros. 1231; PR LiM088)

Joannes-Baptista Leonire (Pros. 1856a; PR LiM135)

Josephus Ponsart (Pros. 1920a; PR LiM140)

Nicolaus Lafabrique (Pros. 2225a; PR LiM170)

Paulus Collins (Pros. 2285; PR LiM175)

Petrus Dethier (Pros. 2355; PR LiM179)

Donaten: Bartholomeus Faive (Pros. 297a; PR LiD010)

Jacobus Wrion (Pros. 1306a; PR LiD038)

Petrus Thono (Pros. 2438a; PR LiD084)

Commentaar:

De prior, Philippus Romsée, is even lofwaardig als reeds vastgesteld bij de vorige Visitatie.

De monniken doen het voortreffelijk en zingen ook zeer goed. Nochtans worden de stilte en de eenzaamheid soms verstoord.

De donaten doen het eveneens goed.

Het klooster bezit 4 paarden, 6 koeien en 4 varkens.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 12 moines, 3 donnés et 12 serviteurs

Comme constaté lors de la visite précédente, le prieur Philippus Romsée, est toujours aussi louable.

Les moines sont très bons et chantent aussi très bien. Le silence et la solitude sont cependant parfois perturbés

Au sujet des donnés il n'y a rien à remarquer.

Le monastère possède 4 chevaux, 6 vaches et 4 cochons.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 12 Mönche, 3 Donate und 12 Knechte.

Prior Philippus Romsée ist genau so löblich als beim letzten Besuch.

Die Mönche sind gut und singen auch sehr gut. Aber die Ruhe und Einsamkeit werden zuweilen gestört.

Über die Donate gibt es keine Bemerkungen.

Das Kloster besitzt 4 Pferde, 6 Kühe und 4 Schweine

Comment:

Members of the community: 12 monks, 3 donates and 12 servants.

Prior Philippus Romsée is as laudable as during the last visitation.

The monks are good and sing very well. However, peace and quiet are sometimes troubled.

No comment about the donates.

The monastery possesses 4 horses, 6 cows and 4 pigs.

Liège
(22/11/1780 – 29/11/1780)

In Nomine ter Sanctæ atque Individuæ Trinitatis
Patris Et Filii, Et Spiritus Sancti. Amen

Anno post Christi Nativitatem 1780. Mensis vero Novembris die 22^a et sequentibus, Nos fratres Joannes Baptista Luyckx, et Benedictus T' Kint, humiles Priores domorum Bruxellarum et Lovanii, Provinciæ Teutoniæ visitatores ordinarii, reversi ad Cartusiam Leodiensem, ut debitam eidem, evoluta ab ultimâ Visitatione biennio, operam nostram impenderemus, invenimus Venerabilem Patrem Domnum Philippum Romsée, à pluribus annis huic suæ professionis domui præfectum, tam constanter in crediti sibi gregis optime dirigendi curâ perseverantem, ut dum nihil amplius cavet, quam ne de illius vel minimo neglectu ullatenus se reprehensibilem præbeat, dignior nobis visus sit quem exhortaremur, ut semper sui memor officii numquam in suscepto vigilantia pastoralis labore deficeret, quam argueremus, quod a reita gubernationis tramite vel ad dexteram, vel ad sinistram plus æquo deflecteret. Nam primum quem quantum ad Ducatum commissarum sibi ovium attinet cum minime ignoret, in bono Pastore requiri, ut ipse ante eas vadat, et iter ad pascua salutaria præcedendo demonstret, quam exacte id ipsum facere nitatur, probat bono, quod suis præbere non cessat, exemplo; adeo ut, sicut olim Gedeon, et ipse suis dicere valeat: quod me videntis facere, hoc facite. Nam in divinis officiis spectatur assiduus, in abstinentiis et victus parcitate severior omnibus, atque in cæteris ordinis observantiis nulli secundus. Religiosæ igitur disciplina tam studiosus observator, non patitur ullas sive statutorum sive ordinationum transgressiones, certo sibi compertas transire incorrectas, quo sane Zelo, dum nihil aliud intendit, quam subditorum suorum æternam procurare salutem, non minus eos probatur diligere, quam dum accedentibus ad se omnia paterni affectus indicia conatur exhibere, suasque exponentibus necessitates, ac potissimum infirmis et senibus humaniter æquie ac liberaliter succurrere, his itaque primariis veri animarum pastoris partibus tantâ attentione invigilans, posteriorem interim, Curam videlicet temporalium nequaquam negligit sed ea per se suosque officiales ita dirigit, tantâque Solertiâ administrat; ut domus non solum nihil detrimenti in proventibus pati. sed incrementi potius haud modicum sumere deprehendatur. Tam præclaris itaque virtutibus suo prælucentem Gregi hortati solummodo fuimus, ut memor Ecclesiastici dicentis cum consummaverit homo, tunc incipit, bonorum operum cursum numquam abrumpat, sed usque ad metam in agone contendens attingere mereatur ad fructum retributionis æternæ pro quâ gratiâ obtinendâ injunximus, ut ultra scrutinii pensum, unam de Serenissima Trinitate Missam legeret, unam sibimet in privato disciplinam infligeret, et in officio suo, à quo absolvi humiliter petiit, permaneret ad ordinis voluntatem.

Interiora deserti penetrantes, gregemque intuiti, cuncta fere circa eum recta, et legibus ordinis consentanea, tam propter opilionis experti pietatem et vigilantiam, quam propter animos odio habentes mala læti sumus contemplati. Omnes enim suum agnoscunt, et reverentur pastorem, eique constanter

adhærent. Unde non mirum, si â sancto proposito nullatenus aut parum deviant, si suæ ad Religionem vocationis gratiam magni pendentes totis ei viribus correspondere, et vota, quæ Deo miserante in professione fecerunt fideliter reddere satagant, vix que aliquid, quod ad virtutem, et religiosam perfectionem noverint conducere, prætermittant. Illos ad domum orationis secuti, deprehendimus plerosque diligentes et assiduos, diceremus omnes, si lentiori gradu quidam, licet perpauci, non accurrerent, seque subinde ad eam requiri non paterentur: Cunctos autem modestâ decentique externi hominis compositione in utroque Choro per ordinem directos spectantes, percepimus vocum aliquarum dissonantiam, quosdam etiam parcentes vocibus, et sopore aliquando oppressos intelleximus, Clament isti cum Prophetâ: Væ nobis quia tamimus(?); sed in posterum cautius taceant illi, qui linguæ habenas interdum nimis relaxare præsumunt, et procliviores ad iram, proprioque sensui præfidentes nullis solent, nequidem antiquioribus deferre. Cæterorum vero defectus, quia leviores sunt, silentio præterivimus, omnes interim admonentes, ut hominum, qui exteriora tantum intuentur iudicio non leviter crederent, neque enim secundum visionem oculorum iudicabit Dominus, qui scrutatur corda et renes; sed jugiter cum Prophetâ ab occultis suis mundari postulerent, quandoquidem ante eum aliquando sistendi sint, in cujus conspectu ipsæ stellæ non sunt mundæ, et qui cum ei pateant omnia abscondita Cordium, antiqua pariter ac novissima, testimonio non indiget alieno, ut juste iudicet, et ut vel in æternum coronet, vel damnet. Nostris monitis parentibus, et culpas suas proclamantibus unam de Beatâ Mariâ Missam celebrantibus, non celebranti septem Psalmos pœnitentiales cum Litaniiis, et duas omnibus in proximis Capituli festis disciplinas de manu Præsidentis infligendas imposuimus, nullâ officialium factâ mutatione.

Illi vero, qui Gregis ultimum locum tenent, fratres Donati, tales etiam a nobis reperti sunt, quales fere invenire optaveramus; ad divina namque officia diebus festivis dicti sunt prompti, et ad recipienda Ecclesiæ Sacramenta diligentes ac devoti. Satis etiam strenui renuntiati sunt in Laboribus, quos ad utilitatem domus/. prout eorum patitur ætas./ impendunt. Superioribus debitam reverentiam exhibent, modesti etiam inter se ac pacifice conversantur. Ipsos hortati fuimus, ut salutem suam per perseverantiam in bonis operibus certam reddere studeant, pro quâ gratiâ, et pro defectibus, quos prostrati agnoverunt, unum singulis Beatissimæ Virginis Rosarium injunximus præter alterum in recitatione scrutinii impositum.

Deputati ad Confessiones audiendas sunt V.V.P.P. D. Matthias Kinable Vicarius, & D. Thomas Bogaerts Procurator.

Status Domus referente Patre Procuratore, talis est: sunt in eâ connumerato Venerabili Patre Priore, Monachi duodecim, Fratres Donati tres, famuli sæculares undecim, Equi quatuor, Boves septem, et porci quinque. Multa debentibus plura debentur.

In quorum fidem præsentibus subscripsimus, et parva Domorum nostrarum sigilla apposuimus die 29^a Mense et Anno quibus supra.

fr. Benedictus T Kint
Prior d^s
Lovanii Convisitator

Visitor: Joannes-Baptista Luyckx, prior van Brussel (Pros.1859; PR BxM114)
Convisitor: Benedictus 't Kint, prior van Leuven (Pros. 333; PR LoM017)
Visitatie: van 22/11/1780 tot 29/11/1780.

Bezetting van het klooster: 12 monniken, 3 donaten en 11 knechten
Prior: Philippus Romsee (Pros. 2496; PR LiM193)
Vicarius: Mathias Kinable (Pros. 2124; PR LiM159); biechtvader
Procurator: Thomas Bogaerts (Pros. 2663; PR LiM217); biechtvader
Sacrista:

Coadjutor:
Monniken: Andreas Sellier (Pros. 126; PR LiM006)
Bartholomeus Thone (Pros. 304a; PR LiM015)
Bruno Hannet (Pros. 401; PR LiM025)
Jacobus Dehousse (Pros. 1231; PR LiM088)
Joannes-Baptista Leonire (Pros. 1856a; PR LiM135)
Josephus Ponsart (Pros. 1920a; PR LiM140)
Nicolaus Lafabrique (Pros.2225a; PR LiM170)
Paulus Collins (Pros. 2285; PR LiM175)
Petrus Dethier (Pros. 2355; PR LiM179)
Donaten: Bartholomeus Faive (Pros. 297a; PR LiD010)
Jacobus Werion (Pros. 1306a; PR LiD038)
Petrus Thono (Pros. 2438a; PR LiD084)

Commentaar:

Zeer goede prior op alle gebied. Dit geldt eveneens voor de monniken en de donaten.

Het klooster bezit 4 paarden, 7 koeien en 5 varkens.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 12 moines, 3 donnés et 11 serviteurs

Très bon prieur à tout point de vue. Cela vaut également pour les moines et les donnés..

Le monastère possède 4 chevaux, 7 vaches et 5 cochons.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 12 Mönche, 3 Donate und 11 Knechte.

Sehr guter Prior, in jeder Beziehung.

Auch die Mönche und Donate sind sehr gut.

Das Kloster besitzt 4 Pferden, 7 Kühe und 5 Schweine

Comment:

Members of the community: 12 monks, 3 donates and 11 servants.

Very good prior and also the monks and donates are excellent. The monastery possesses 4 horses, 7 cows and 5 pigs.

Nieuport
(1/7/1777 - 7/7/1777)

In Nomine Sanctissimæ et individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti.
Amen

Anno post natum Salvatorem mundi 1777 primâ die mensis Julii et sequentibus. Nos humiles fratres Joannes Baptista Luyckx, et Benedictus T'Kint, domorum Bruxellarum et Lovanii Priores à Capitulo Generali deputati commissarii ad visitandas plerasque Provinciæ Teutoniæ domos, injunctum munus feliciter ut Speramus auspicatori, sub adjutorio Dei pervenimus ad Domum Scænæ Anglorum Neoporti, ubi urbanâ nos, quæ ipsi innata est comitate suscepit ibidem etiam tunc præsidens Vener. in Christo Pater Domnus Augustinus Mann, qui inchoatâ jamjam visitatione obtento in formâ Brevi apostolico unâ cum Placito Regio, quo à Statu religioso translatus ad Cleri-Secularem post octavum decimum suæ Professionis, tertium vero decimum Regiminis Annum habitum simul et ordinem Cartusianum deseruit 4^a die Mensis hujus Julii, rerum publicarum Studiis liberius vacaturus. Nos autem intelligentes, quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem eorum quæ fiunt Subsole/. Eccl. 8./ sed omnia in futurum servantur incerta/ 9./ neque liceat nobis scrutari vias Domini, nec Stare contra Judicium ejus, non sine magno dolore in pace ipsum passi sumus à nobis, et à suis disjungi. Reliquit Domum ac temporalibus debite provisam, et in Spiritualibus /Laus Superis/. religiosissime cultam. Supervacaneum arbitrati ulteriorem de ipso hic intexere sermonem convertimur ad venerabilem Patrem D. Paulum Colinse Leodiensi suæ Professionis Domo quatuor jam annis eductum, et totidem in hâc officium Vicarii exercentem, de cujus vitâ et moribus à singulis edocti unâ omnium Voce multo eum Laudum præconio dignum deprehendimus. Divinis Laudibus nocturnis pariter et diurnis debili quamvis præditus Corporis temperamento aërisque volubilitate et inclementiâ nonnumquam Languidior, alacris semper assistit, Electorum in supernis Laudantium appetens in terris gustare suavitatem. Cuncta Religionis Instituta, et quidquid ad regularis Disciplinæ Cultum pertinet, summo studio observat, ubique satagens fratribus suis placere in bonum ad ædificationem. Rom. 15.

Fraternæ Charitatis studiosus sectator nititur placita sua, servato semper moderamine aliorum placitis subicere et Judicia sua Judiciis aliorum conformare, hinc omnium animos ad se alliciens, simul allicit omnium voluntates ad capescendam virtutum perfectionem. Ipsum exhortati ut perseveret suumque paulonimum ad suos revertendi desiderium comprimat admonentes, culpam de defectibus suis humiliter agnoscenti injunximus unam de Sanctissimâ Trinitate Missam, unamque in privato disciplinam, et in officio Vicarii a quo absolvi petiit jussimus permanere ad ordinis voluntatem.

De Cæterorum conventualium normâ vivendi habitâ discussione non parum alleviatus est dolor noster obortus ex amisso eorum Pastore, dum ex pervigili ejusdem sollicitudine invenimus Gregem contra quoscumque Lupi infernalis insultu solerter præmunito. Candida Simplicitas in cunctis relucet,

Sapientes vero et prudentes in bono sese in omnibus abnegare totis viribus contendunt, ut à propriâ voluntate expediti suâque exuti Libertate summâ ac felicissimâ Libertate potiantur.

Silentium et Solitudo in hâc domo perfecte vigent adeo ut omnis sæcularium concursus ab eâ prorsus eliminetur.

Monasticam quam voverunt paupertatem strictissime colunt hinc procul frigidum illud meum ac tuum innumeras solitum gignere lites, non has sectantur nostri Eremicolæ, sed pacem intense mutuamque concordiam. Idcirco dicere nobis liceat Verbis Sancti Bernardi: nos hic reperisse viros repletos consolatione, superabundantes gaudio, ferventes Spiritu die ac nocte meditantes in Lege Dei sollicitos observatores conscientiæ, et devotos sectatores bonorum operum; quibus amabilis disciplina, dulce jejunium, et universa denique hujus nostræ conservationis austeritas refrigerium videatur. Interim cum in hâc vitæ peregrinatione nemo inveniatur, qui reprehendi nequeat monuimus omnes ut sacras horas, præsertim matutinas, quas, utpote pauci numero sine notâ persolvunt, graviore cultu, prout in ultima visitatione admoniti nec satis emendati, imposterum celebrent, observando numerum 4^{um} Capituli 18. Partis primæ Statutorum, et pro exactiori Cæremoniarum Rituumque observantiâ, studiosius relegant Ordinarium Ordinis. Singulis suas Culpas agnoscentibus injunximus unam de Beatissimæ Mariæ Missam celebrandam, binasque de manu Præsidentis disciplinas in Capitulo accipiendas, officialibus in suis officiis relictis.

Per exemplarem Monachorum Conservationem incitati fratres Donati et ipsi hauriunt Sanctorum honestatem morum, vitæque rectitudinem. Ad Pietatem fervidi Superioribus bene morigeri, in operibus invicem adjuvantes, et alter alterius onera portantes inter se Charitatem servant fraternamque unionem ut autem secundum divum Basilium: tutissimum virtutum omnium Thesaurum custodiant, humilitatem scilicet, prostratos jussimus suas de defectibus culpas confiteri, atque unum Beatissimæ Virginis Mariæ Rosarium legere præter scrutinii pensum.

Ordinationem visitationis anni 1763 quâ prohibentur mulieres hortum ingredi, denuo renovamus.

Deputati ad confessiones audiendas sunt V.V.P.P. Paulus Colins vicarius Franciscus Williams, et Ignatius Norris Coadjutor.

Status domus talis est: sunt in eâ Monachi sex quorum unus ob dementiam incarceratus manet, novitius unus, Donati duo, domestici tres, pauca debentibus plura debentur.

In quorum fidem presentibus subscripsimus et minora domorum nostrarum sigilla apposuimus hac 7^a Julii 1777

Visitator: Joannes-Baptista Luyckx, prior van Brussel (Pros. 1859; BxM114)
 Convisitator: Benedictus 't Kint, prior van Leuven (Pros. 333; LoM017)
 Visitatie: van 1/7/1777 tot 7/7/1777
 Bezetting van het klooster: 6 monniken, waarvan 1 dement, 1 novice, 2 donaten en 3 knechten
 Prior: Augustinus Mann (Pros. 274; ShM010)
 Vicarius: Paulus Collins (Pros. 2285; LiM175); biechtvader
 Franciscus Williams (Pros. 702; ShM032); biechtvader
 Procurator: ?
 Sacrista: ?
 Coadjutor: Ignatius Norris (Pros. 1194; ShM051); biechtvader
 Monniken: Bruno Finch (Pros. 393; ShM015)
 Josephus Brooke (Pros. 1887; ShM075) geestesgestoord/troubles mentaux
 Joannes-Baptista Lee (Pros. 1855; ShM073)
 Donaten: Thomas Carfoot (Pros. 2665; ShD013)
 Jacobus Orford (Pros. 1281; ShD008)

Commentaar:

Prior Augustinus Mann kreeg bij het begin van de Visitatie de apostolische brief om naar de seculiere clerus over te gaan. Hij vertrok op 4 juli om zich beter aan zijn studies te wijden. Hij heeft het klooster goed achtergelaten. Zijn opvolger wordt D. Paulus Colins, profes van Luik, en sinds 4 jaar vicaris hier. Hij is een zeer degelijk man.
 De monniken lijden onder het vertrek van de prior. Ze leven religieus maar moeten voortaan nog meer de contacten met vreemden vermijden. De armoede moet ook beter nageleefd worden. Het officie wordt gereciteerd, maar moet verbeterd worden, zoals reeds vastgesteld tijdens de voorgaande Visitatie. Nr 4 van het hoofdstuk 18, deel 1 van de statuten, moet beter gerespecteerd worden.
 De donaten doen het zeer goed.
 Ordinatio: deze van 1763 moet herhaald worden, nl. vrouwen worden niet toegelaten in de tuin.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 6 moines, dont 1 dément, 1 novice, 2 donnés et 3 serviteurs.
 Augustinus Mann a reçu la lettre apostolique, afin de rejoindre le clergé séculier. Il quitte le couvent le 4 juillet pour pouvoir mieux s'appliquer aux études. Il a laissé le monastère dans un très bon état. Son successeur, D. Paulus Colins, profès de Liège, est vicaire ici depuis 4 ans. C'est un homme très respectable.
 Les moines souffrent du départ de leur prieur. Ils vivent religieusement mais devront à l'avenir, éviter encore plus tout contact avec les étrangers. Il faut également mieux vivre la pauvreté. L'office est récité, mais doit être amélioré, comme déjà remarqué lors de la visite précédente. Le n° 4, du chapitre 18, part 1 des statuts, doit être mieux respecté.
 Les donnés sont très bien.
 Ordinatio: celle de 1763 est répétée: l'accès au jardin est interdit aux femmes.

Kommentar:

Augustinus Mann hat den apostolischen Brief erhalten, um zum Klerus überzugehen. Er verlässt das Kloster bereits am 4 Juli, um sich besser den Studien zu widmen. Er hinterlässt das Kloster in gutem Zustand. Sein Nachfolger, Paulus Colins, profes in Lüttich, ist seit 4 Jahre hier Vikar. Er ist ein tüchtiger Mann.
 Die Mönche leiden unter das Weggehen ihres Priors. Sie leben fromm, müssen aber in Zukunft noch mehr den Kontakt mit Fremden meiden. Auch der Armut muss strenger angewendet werden. Das Officium wird rezitiert, soll aber verbessert werden, wie bereits beim vergangenen Besuch bemerkt.
 Nr. 4 des 8. Kapitels, Teil 1 der Statuten, muss genauer respektiert werden.
 Die Donaten sind sehr gut.

Ordinatio:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 6 Mönche, wovon 1 geistesgestört, 1 Novize, 2 Donaten und 3 Knechte.

Comment:

Augustine Mann received the apostolic letter, permitting him to leave the convent and join the secular clergy. The monastery was in very good state when he left on July 4th to pursue his studies. His substitute, Paul Colins, professed of the charterhouse in Liège, has been vicar here for the past 4 years. He is a worthy man.

The monks suffer from the departure of their prior. They live piously, but in the future they should even more avoid all contact with strangers. Poverty must also be practised more strictly. The Office is recited, as already mentioned during the last visit, but it must be improved.

The donates are very good.

Ordination: the one of 1763 has to be repeated: women have no access to the garden.

Members of the community: 6 monks, of whom one is insane, 1 novice, 2 donates and 3 servants.

Nieuport
(16/8/1779 – 21/8/1779)

In nomine ter Sanctæ atque individuæ Trinitatis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen

Anno post Christum natum supra mille septingentos septuagesimo nono, Mensis vero Augusti die decima sexta decimâ et sequentibus. Nos humiles fratres Joannes Baptista Luyckx, et Benedictus T'Kint, Priores Domorum Bruxellarum et Lovanii, Provinciæ Teutoniæ visitatores à Generali Capitulo instituti Neoportum pervenerunt ut Cartusiam Shenæ Anglorum seu temporis elapsi spatio provocati, seu paternæ sollicitudinis studio permoti????? ad formam ordinis visitaremus. Non enim modicum nobis inerat desiderium explorandi an hæc domus uberes illos, quos sub novi Prioris Regimine promittebat et nos expectabantur, Religiositatis fructus proferret idcirco à Venerabili Patre Domino Francisco Williams à biennio Clavum regente exorsi sumus. At si spectemus egregiam indolem et Sapientiam ejus, si regendi modum attendamus, spe nostrâ indes hic crescendæ perseverandæque, charitatis et observantiæ, minime nos frustratos comperimus.

Illa siquidem ipsius mansuetudo quam vel gratis à naturâ datam, vel fideli comprimendorum animi motuum exercitio acquisitam excoluit, comisque affabilitas suorum sibi subditorum Corda vero constantique amore devinxerunt, quibus adjuncta adhortationum frequentia nec non proprii vis exempli, tam in morum modestiâ, quam in assidua quotidianâ frequentatione Chori in Silentii ac Solitudinis cultu, aliarumque virtutum assiduâ praxi, tantam defixerunt in filiorum animis æmulationem, ut hæc parva Communitas in sanctâ delectatione et exaltâ vitæ regularis disciplinâ sub hoc exemplari Pastore jam fixa subsistere videatur.

Unde minime dubitandum censemus, quin cum in spirituali animarum profectu, cujus potissimum studiosus est, tum in rerum temporalium administratione, cui debite superintendit, tamquam de rore Cæli, ac pinguedine terræ larga Domini benedictio superveniat. Venerabilem igitur Præsidentem Cohortati fuimus, ut capto pede viriliter progrediatur, et perspectâ docili ac pacificâ filiorum suorum dispositione, præter externam, quæ nunc viges Regulæ observantiam, sensim illos et suaviter ad sublimiorem perfectionis gradum, ad mundanarum consolationum contemptum. Et ad verum pænitentia spiritum pertrahere studeat, ut genuinam sacri ordinis nostri sanctimoniam sub suo regimine hic feliciter fuisse stabilitam in Domino gloriatur quibus annuentem consiliis unam Sanctissimæ Trinitas Missam Celebrare, unamque in privato disciplinam sumere et in officio à quo absolvi petiit permanere jussimus ad ordinis et Reverendi Patris voluntatem.

Facile nobis fuit quatuor Monachos, qui cum laudabili suo Priore domus hujus claustrum inhabitant, brevi temporis spatio invisere, debitâ tamen inquisitione factâ, scire voluimus, an externa ad invicem conversatio, perfectionis, quam professi sunt, sublimitatem redoleret; an etiam interior mentium dispositio testaretur; bonum esse et jucundum habitare fratres in unum. Sed non modicâ perfusi lætitiâ intelleximus, sub pacifici vicarii sollicitudine animorum concordiam, mutuamque dilectionem inter illos constanter vigere.

Enim vero quod præcipuum, omnique laude dignum est tantam in venerabilem suum Priorem Confidentialiam, tantumque erga ipsum affectum ostendere, quantum ad votorum nostrorum plenitudinem desiderare potuissemus, cui tranquillitatis amorisque studio eo fidelius inhærendum esse suasimus quo sollicitius Dei Gloriam, ordinis honorem, suæque salutis securitatem procurare teneantur.

Omnes insuper audito ad matutinas excitantis sacristæ pulsu electis suis alacriter exilientes datoque signo ad ecclesiam properantes divinas laudes pari pietate et affectu, majorique quam ante hac gravitate persolvunt; diurnis autem officiis in pleno cantu???? peragendis, non impar suum esse robur existimant, sed charitate divinâ suffulti, futuraque mercede, ad quam prospiciunt, corroborati, dicere non dubitant: psallemus Deo nostro quamdiu sumus.

Cum igitur ex eorum ferventioris vitæ fructibus compertum esse videatur eos à Domino ad altiora vocari, monuimus ut divi Bernardi monitum animo jugiter revolverent: non nostrum est circa communia præcepta languere, omnis sanctitatis perfectionem vovimus, et strictissimæ pænitentia à nobis exigenda ratio est.

Quapropter minimos quosque defectus, vel leviores statutorum transgressiones, velut periculosos ad graviorem lapsum gradus, evitari debere ostendimus, ut liberiori mente, tutiorique Conatu, eum, ad quem tendunt Sanctitatis apicem ascendere valeant. Nullum diem: inquit Lactantius, nullum temporis punctum fluere nobis sine opere bono patiamur, nedum morituri sumus, idipsum quod viximus pereat.

Legendum revera foret, si vel unus inter illos à suâ vocatione degener momentaneas labilis vitæ voluptates æternis regni cælestis deliciis preferens in tremendæ damnationis periculo obdormiret. Sed de omnium salute in Domino bene confisi unam singulis Beatissimæ Virginis Missam præter scrutinii pensum, binasque disciplinas in Capitulo a Præsidente infligendas injunximus, officialibus in suâ functione relictis.

Fratres Donati duo inter se pacifice conversantur, et ad Superiorum jussa promptos sese atque obediens exhibere student, ab humilitate etiam ac pietate non minus quam à proventus domestici zelo commendati sunt. Cumque vivâ quotidie ad virtutem incitamenta in Monachis spectent, quorum exempla imitando ad securiorem salutis viam pertingere queant, suasimus ut ex piæ retributionis debito quidquid obsequii Religiosis exhibere, eis libenter inserviando possunt, cordate impendant, ipsos demum hortati sumus, ne umquam quotidianas suas actiones ex solâ consuetudine operentur sed perfectiori intentione erectoque in Deum animo semper eas relevare contendant, tam pro defectibus, quam pro impetrando desuper majori in vitâ spirituali profectu, unum legere rosarium eis mandavimus præter scrutinii debitum.

Deputati ad confessiones audiendas sunt VV:PP. Dominus Josephus Wautier vicarius, et D. Ignatius Norris coadjutor. Status ds referente Patre procuratore coadjutore talis est: sunt in eâ connumerato Domino Priore Monachi sex, quorum unus ob dementia inclusus, novitius unus, fratres donati duo, Domestici quatuor, pauca debentibus plura debentur.

In quorum fidem præsentibus subscripsimus, et parva domorum nostrarum sigilla apposuimus anno quo supra præfati mensis augusti die 21^a.

fr. B. t'Kint Prior ds Lovanii
Convisitator

Visitor: Joannes-Baptista Luyckx, prior van Brussel (Pros. 1859; BxM114)

Convisitator: Benedictus 't Kint, prior van Leuven (Pros. 333; LoM017)

Visitatie: van 16/8/1779 tot 21/8/1779.

Bezetting van het klooster: 6 monniken, waarvan 1 dement, 1 novice, 2 donaten en 4 knechten.

Prior: Franciscus Williams (Pros. 702; ShM032)

Vicarius: Josephus Wautier (Pros. 1930; ToM119); biechtvader.

Procurator:

Sacrista:

Coadjutor: Ignatius Norris (Pros. 1194; ShM051); biechtvader.

Monniken: Bruno Finch (Pros. 393; ShM015)

Josephus Brooke (Pros. 1887; ShM075) geestesgestoord/troubles mentaux.

Joannes-Baptista Lee (Pros. 1855; ShM073)

Donaten: Thomas Carfoot (Pros. 2665; ShD013)

Jacobus Orford (Pros. 1281; ShD008)

Commentaar:

De prior is zeer goed.

Er heerst een goede verstandhouding onder de vier monniken die we grondig ondervraagd hebben. Het nachtofficie wordt geciteerd; het dagofficie gezongen. Ze verwijzen naar de triestige mogelijkheid van afvalligheid (allusie op het weggaan van de vroegere prior ?).

De donaten doen zeer goed hun best.

Commentaire:

Le prieur s'acquitte très bien de sa tâche.

L'entente entre les quatre moines, que nous avons questionnés minutieusement, est bonne. L'office de nuit est récité, le jour il est chanté. On se plaint néanmoins de la triste possibilité de pouvoir quitter l'habit (allusion au départ du prieur précédent ?).

Les donnés font de leur mieux.

Constitution de la communauté: 6 moines, dont 1 dément, 1 novice, 2 donnés et 4 serviteurs.

Kommentar:

Der Prior is hervorragend.

Es gibt eine gute Verständigung unter den 4 Mönchen. Wir haben sie gründlich befragt. Das Nachtoffizium wird rezitiert, tagüber gesungen. Die Mönche beklagen sich über die traurige Möglichkeit der Abtrünnigkeit (vielleicht ein Hinweis auf das Weggehen des früheren Priors).

Die Donate geben sich sehr viel Mühe.

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 6 Mönche, wovon 1 geistesgestört, 1 Novize, 2 Donate und 4 Knechte.

Comment:

The prior is very efficient.

The four monks get on well together. We questionend them thoroughly. The Office is recited at night and sung during the day. The monks lament the possibility of apostasy (hint about the departure of the former prior ?).

The donates are doing their best.

Members of the community: 6 monks, of whom one is insane, 1 novice, 2 donates and 4 servants.

Orléans
(14/5/1779 – 21/5/1779)

In Nomine ter Sanctæ atque Individuæ Trinitatis, Patris Et Filii Et Spiritus Sancti. Amen.

Anno ab Incarnatione Dominicâ post mille septingentos septuagesimo nono, Mensis vero Maii die decimâ quartâ et sequentibus. Nos fratres Joannes Baptista Luijckx, et Benedictus T'Kint humiles Priores Domorum Bruxellarum, et Lovanii; Provinciæ Theutoniæ Visitatores: Et commissarii ad visitandam Aurelianensem Cartusiam â Generali Capitulo deputati; ad eandem per saxa et montes quâ potuimus velocitate descendentes, favente desuper ope incolumes adventavimus: atque illico aspectui nostro gratiose sese obvium præbuit venerandus in Christo Pater Domnus Gaspar Guerand, Prior et Primarius provinciæ Franciæ ad Ligerim visitator: sub cujus amosâ(?) prudentiâ pacificoque regimine subditorum suorum gressus in viam salutis directi comprobant in humeros capaces vim diu reclinatam esse visitandi onus, nec seniles annos impedire, quin velut alter Eleazarus Stans inflexe pro patriis legibus, ordinis nempe statutis, juvenilem retineat Zelum, Cæterosque ad consummatâ Virtutis imitationem pertrahat, non solum junioribus incitamentum, sed et senioribus exemplum fortitudinis præbens. Non eum externarum sollicitudo rerum, nec assidua provinciæ cura domorum â sedulâ Chori frequentatione distrahunt, sed velut columna nubis per diem et ignis per noctem. Tabernaculo Domini semper assistens in decantandis diu noctuque divinis Laudibus infatigabilis perseverat. Ille strictus Cartusianæ vitæ professor regularis disciplinæ perfectionem opere verbaque tueri suosque ad normam statutorum mirâ vigilique industriâ jugiter efformare contendit: atque omnibus omnia factus, aliis solatium, aliis salubre Consilium, cunctis spiritualem cibum, eumdemque singulis affectum exhibens, totique familiæ sagaciter superintendens, neminem â recto salutis tramite vel ad modicum deviare permittit. Venerandi igitur senis laudabilem vitam, Zelumque, quo in primis ad arcenda â Domo Dei novitatum Zizania avenditur, nostro testimonio pacam(?) denuntiantes, ipsum in officio Prioris, â quo absolvi petiit, ad ordinis et Reverendi Patris Voluntatem permanere, atque unam de Sanctissimâ Trinitate Missam, præter scrutiniî debitum, celebrare jussimus.

Venerabiles Celebris hujus Cartusiæ incolas invisentes lætabundi percepimus, omnes in acquirendâ monasticæ vitæ perfectione assiduum, adhibere conatum: primum namque interrogantes, qualis foret tum solitudinis, tum silentiî observantia, eos præcipuis istis instituti nostri Columnis firmiter insistere, ac proinde Sanctarum meditationum, quibus Indies vacant, fructum copiose colligere dignovimus: sicut enim nihil est lapidis, vanaque extra Deum Solatia quærentibus, solitudine fastidiosius, sic veras in orationis exercitio delicias degustantibus, nihil Clausurâ Cellæ jucundius esse, sibi persuasum ostendere; hinc hilaris eorum vultus, compositique mores bonæ conscientiæ testimonium, internæque tranquillitatis indicium nobis præbuerunt: nec mirum, suadente enim gentium Doctore; quæcumque sunt justa, quæcumque pudica quæcumque

Sancta, siqua virtus, siqua Laus disciplinæ, hæc cogitant. Non sicut filii Israël absque duce, absque Pastore dispersi, propriæ voluntatis ductum sequuntur, sed ad pii sollicitique sui Prioris nutum dociles, et ad mentem ipsius edocti, quid agere, quid imitari, quid fugere debeant, in vivente virtutum speculo perspiciunt. Quapropter nihil inveniunt, quod in ipsis publicâ correctione emendandum foret, eos hortati sumus, ut Collata in se desuper Beneficia magis magisque Indies agnoscentes, Deo omnium bonorum Largitori debitas gratiarum actiones redderent, Et regularem observantiam, solitam in divinis officiis diligentiam, erga Superiorem, quem tenerrime diligunt reverentiam, atque optimam ad sanctiora semper progrediendi voluntatem fidei perseverantiâ, acceptabilem Deo facerent. Nostris annuentes monitis jussi sunt præter scrutiniî pensum, unam de Sanctissimâ Dei Genitrice Missam Celebrare unamque singuli de manu Præsidentis in proximo Capituli festo disciplinam recipere; et officiales in suâ functione perseverare.

In ternario fratrum numero, duorum scilicet Conversorum, et unius Donati, visa nobis quodammodo est ejusdem numeri perfectio apparere, sive enim vinculum fraternæ, quo inter se uniti sunt, dilectionis attendatur, sive morum honestas et temperantia, superioribus obedientia, conventualibus reverentia, sive denique, quod caput est, exemplaris pietas, et in frequentandis divinis officiis eximia promptitudo, vix quidquam de quo admonendi viderentur, occurrit, nisi ut in sola humilitate gloriantes, suæ semper infirmitatis pondere depressi, divinum super se auxilium, ne in bono superbirent, vel in malum deflecterent, precibus assiduis impetrare niterentur, idcirco et pro culpâ, quas prostrati dixerunt, unum Beatissimæ Virginis Mariæ Rosarium, præter alterum in scrutinio impositum, et unam de manu Præsidentis disciplinam in Capitulo infligendam ipsis injunximus.

Ordinatio #
Deputati ad confessiones audiendas sunt V:V:PP:
Domnus Petrus Cleris Vicarius.
D. Michaël Rajibois Procurator.
D. Stephanus Gamet Coadjutor.
D. Joannes Hallereau Sacrista.

Status hujus domus referente Patre Procuratore talis est. Sunt in ea connumerato venerando Patre Priore, Monachi decem, Conversi duo, Donatus unus, famuli Domestici Octo, Equi duo. Pauca debentibus plura debentur. In Quorum fidem præsentibus subscripsimus, et sigilla nostrarum apposuimus die 21^a mensis et anni ut supra.

fr. Benedictus T'Kint Prior d^s Lovanii
Commissarius deputatus.

Ordinatio.

Monachi quando ad spatia exeunt, in posterum non egrediantur per anteriorem portam Domus, quæ scilicet respicit ad viam publicam, sed per posteriorem, quatenus ad mentem ordinis evitetur frequens occurus populi.

Visitator: Joannes-Baptista Luyckx, prior van Brussel (Pros. 1859; BxM114)

Convisitator: Benedictus 't Kint, prior van Leuven (Pros. 333; LoM017)

Visitatie: van 14/5/1779 tot 21/5/1779.

Bezetting van het klooster: 10 monniken, 1 convers; 1 donaat en 8 knechten

Prior: Gaspardus Guerand

Vicarius: Petrus Cleris; biechtvader

Procurator: Michael Raijbois; biechtvader

Sacrista: Joannes Hallereau; biechtvader

Coadjutor: Stephanus Gamet; biechtvader

Commentaar:

De prior, alhoewel bejaard, blijft een voorbeeld voor jong en oud

Zeer goede monniken, naar het voorbeeld van de prior. Er heerst een goede verstandhouding.

De convers en de donaat komen ook zeer goed overeen en werken goed.

Ordinatio: voor de wandeling moeten de monniken voortaan het klooster langs de achterdeur verlaten om de mensen te vermijden.

Het klooster bezit 2 paarden.

Commentaire:

Constitution de la communauté: 10 moines, 1 covers, 1 donné et 8 serviteurs

Le prieur, quoique âgé, reste un modèle pour tous.

Les moines sont à l'exemple de leur prieur. Ils s'entendent bien entre eux. C'est aussi le cas pour le donné et le convers, qui en plus travaillent bien.

Ordination: en partant pour la promenade les moines doivent quitter le couvent par la porte arrière, afin d'éviter les gens.

Le monastère possède 2 chevaux.

Kommentar:

Zusammenstellung der Gemeinschaft: 10 Mönche, 1 convers, 1 Donat und 8 Knechte.

Obwohl der Prior alt ist, bleibt er ein Beispiel für jung und alt.

Die Mönche sind nach seinem Vorbild. Es herrscht eine gute Verständigung. Auch der Donat und der Convers verstehen sich gut und arbeiten ausserdem hervorragend.

Ordinatio: Beim Spazierengehen müssen die Mönche das Kloster durch die Hintertür verlassen und somit die Leute meiden.

Das Kloster besitzt 2 Pferde.

Comment:

Members of the community: 10 monks, 1 convers, 1 donate and 8 servants

Although the prior is getting old, he is an example for young and old.

The monks are also exemplary. They get on well and also the donate and the convers. Their work is very good.

Ordination: when leaving for their walk, the monks should leave the monastery through the back door, to avoid contact with the local inhabitants.

The monastery possesses 2 horses.

Die Charta des Generalkapitels von 1806 im Bistumsarchiv Erfurt

HARALD GODER

Zu den im Bistumsarchiv Erfurt aufbewahrten Handschriften gehört mit der Signatur "Hs. Erf. 12" der in der Mitte des 18. Jahrhunderts¹ angefertigte, unpaginierte Nekrolog der Erfurter Kartause "Mons Sancti Salvatoris".² Wie auf der Innenseite des Rückendeckels vermerkt ist, wurde die Kartause am 23. März 1803 aufgelöst. Dem Nekrolog liegt ein vierseitiges, ebenfalls unpaginiertes Schriftstück bei. Es handelt sich um ein im Querformat etwa mittig gefaltetes Blatt Papier. Von den so entstandenen Seiten haben die ersten beiden die Maße 21,5 x 17,8 cm und die anderen zwei die Maße 21,5 x 18 cm. Das Schriftstück trägt den Titel "Charta Capituli Generalis de anno 1806". Es wird nachfolgend ediert.

Die Charta legt ein beredtes Zeugnis von der Situation des Kartäuserordens im Zeitalter des Empires ab. Der Orden - infolge der Auflösungen durch die Französische Revolution und den Reichsdeputationshauptschluß - nur noch aus wenigen Niederlassungen bestehend³ - stand unter der Leitung eines in der Kartause zu Rom weilenden "Vicarius generalis". Denn eine reguläre Wahl des (General-) Priors durch den Konvent der Großen Kartause war auf Grund ihrer staatlichen Auflösung und der Vertreibung der Konventualen nicht möglich⁴. Auf Grund der Zeitumstände war es ebenfalls seit geraumer Zeit nicht mehr zu einer Zusammenkunft des Generalkapitels gekommen⁵.

Daß das vorliegende Schriftstück dennoch mit "Charta Capituli Generalis" betitelt ist, macht zum einen den Willen zu ungebrochener Kontinuität deutlich. Dem entspricht fernerhin die Datierung in der Woche nach dem Sonntag "Cantate". Zum andern hatte der Vicarius die Autorität des Generalpriors inne⁶, dieser wiederum die Macht und Autorität des Generalkapitels während der sitzungsfreien Zeit⁷, so daß der Titel die Rechtsqualität bzw. Verbindlichkeit der ihm folgenden Anordnungen anzeigte. Dieselben stellten in der vorliegenden Charta hauptsächlich Gebetsanordnungen dar, die direkt oder indirekt - im Falle der Obitus-Liste - getroffen wurden.

Die Totenliste wie auch die Tatsache, daß die Charta bis nach Erfurt gelangte, legt ein eindrucksvolles Zeugnis ab von der (weiterhin)

¹ Vgl. den Eintrag zum 23. Juli: "... Anthelmus Hain, qui hoc calendarium scripsit † 1763".

² Vgl. zu ihr JOACHIM KURT: Die Geschichte der Kartause Erfurt Montis Sancti Salvatoris 1372-1803. Teil 1 (ACar 32). Salzburg 1989.

³ Vgl. MAURICE LAPORTE: [Article] Grande Chartreuse (La), in: Dictionnaire d'histoire et de géographie ecclésiastique. Tome 21 Paris 1986, Sp. 1088-1107, hier Sp. 1097-1098.

⁴ Vgl. hierzu LA GRANDE CHARTREUSE par un chartreux. [ohne Ort] 141984, S. 120-121; FRANÇOIS A. LEFÈVRE: Saint Bruno et l'ordre des Chartreux. Tome 2. Paris 1883, S. 160-164.

⁵ Nach LEFÈVRE (wie Anm. 4, S. 61) fand das letzte Generalkapitel 1795, gemäß LA GRANDE CHARTREUSE (wie Anm. 4, S. 121), 1794 statt. Der Schmerz hierüber wird in den Worten des Vicarius generalis in seinem Schreiben vom 15. Mai 1806 deutlich: "Congregare Capitulum, heu! adhuc impossibilis erat." (s.u.).

⁶ Vgl. LA GRANDE CHARTREUSE, wie Anm. 4, S. 121.

⁷ Vgl. hierzu LÉO MOULIN: L'Assemblée, autorité souveraine dans l'ordre des Chartreux, in: Res Publica. Revue de l'Institut belge de science politique 12 (1970), S. 7-76, hier: S. 39-41, 47-49, 53.